


π n

72 17

Q. 74.

M. I., 341.



Q. 74.





SIMONIS STARO-
VOLSCI
SCRIPTO-
RVM POLONI-
corum

ΕΚΑΤΟΝΤΑ' Σ;

Sive

CENTVMILLV-
Strium Poloniæ Scri-
ptorum

ELOGIA ET
VITÆ.

FRNCOFORTI
Sumptibus Iacobi
de Zetter,
Aõ 1625.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA



3

PRVDENTI SENATVI

P. Q.

LEOPOLIENSI, &c.



*V*M ante triennium forte, bellica virtute Illustrium virorum Elogia, in patrium sermonem, patriis intermixtis exemplis, versâ, vobis offerrem, AMPLISSIMI VIRI, statueram, si studium meum à vobis probaretur, eadem statim ratione, & Illustrium Sarmatiae nostrae Scriptorum vitas, breuiter colligere, ac vobis ipsidem Patronis dicare & consecrare; idque duplicem ob causam. Prima est, quia, quos hic doctissimos viros collegi, potissimum eos apud vos, aut in circumiacenti Roxolania, cuius vos caput estis, natos & educatos reperij, ac proinde non nisi vobis, vestros populares offerre volui: ut quemadmodum ipsi, maioribus prudentia & eruditione, semper pares esse studuistis, ita & filiis successoribusque vestris, hos eosdem à me breuiter descriptos proponatis, vera & valida virtutis incitamenta. Namque ut scitis, & veteres illi Romani, non alia posteris suis ad res praclare agendas exempla, quam maiorum imagines ac statuas in foro pro templis ponebant, titulis etiam facinorum in basi appositis: quibus conspectis atque perlectis, emulatione gloria excitata iuuentus, nullum laborem ac periculum pro salute ac dignitate patriae recusarent. Secunda, quia vosmet soli in tota Polonia estis, qui assidue in illo angulo vestro insonante Otthomanum tuba, tibias & fistulas ut sic dicam Musarum cogitatis, & ea constantia inter primas Russiae splendetis, ut nusquam non habeatis litteras ac litteratos suo honori. Quos, quia ego quoque colo, & vos tales (non blandiendo dico) veneror semper & suspicio, ideo me quoque, quamuis ignotum & immerentem, tenuemque illam scriptionem meam, cum ad

A. 2

vos ve-

vos verissem, sic excepistis benigne, ut maiorem tunc à vobis gratiam
retulerim, quam unquam habere sperauerim. Cuius quidem huma-
nitatis tanta, iterum etiam mihi è bello Turcico redeunti exhibita,
ut me gratum etiamnum & memorem serio credatis, en hoc vile ac
leue munus Elogiorum, vestro in clyto nomini sacrum, lubens in vul-
gus emitto, & ut à maligni liuoris dente, pro innato in litteras amore
defendatis, vestra auctoritati & iudicio summitto. Valete, ac ani-
mi mei erga vos communiaque litterarum studia promptitudinem,
aqui bonique consulite.

LECTO-



LECTORI MEO.



IRABERIS fortasse, LECTOR, quod è tota Sarmatia, non plures tibi eruditos, quam centum collegerim: idq; per totum diuagatus spatium, ex quo sub frigidum hunc axem Apollo cum sororibus suis venerit. Desine quaeso, & facti mei has causas breuiter accipe. Primam, quia nostri Sarmatæ, priscis illis temporibus, plus Marti seruiere, quam Mineruæ, vti & omne genus Scytharum, ac propterea etiam quæ gessere, obliuionis puluere conspersa videmus; quod nemo fuerit, qui calamo perstricta transmitteret posteris. Primus sub hoc Tirione nostro Mecislaus Princeps fidei lucem, & alius cum illa, litterarum splendorem post eum agnouit: propagauit autem per Septentrionis oras, Magnus Jagello, Gymnasio Cracouiensi excitato. Et hinc est, quod viri apud nos eruditi pauci, quia pauca quoq; nunc primum ætates, ex quo erudiri cœpimus. Secunda causa est, quia vt in aliis rebus, ita & in propaganda sui apud posteros memoria, nescio more ne, an errore, nostri sunt negligētes; maluntq; satius, vti eorum fert animositas, laudanda facere, quam quæ fecissent, ipsi laudare: ex quo etiam scripta maiorum egregia, in Bibliothecis Monasteriorum, in scriniis nobilium, in chartophilaciis eruditorū, passim à tineis corrodi videmus: in lucem vero non emitti, vel quia nō audent se nobilissimis aliorum populorum ingeniis, barbari ad id æui ab illis habiti, exæquare: vel quia patronos sibi, scriptisq; suis difficillime nanciscuntur, cum quisq; Megistanum nostrorum malit sumptus in canes, equos, vestes, seruos, vina aut aromata spendere, quam in ea, quæ æternum per gentes & ætates nomen

A 3 suum

suum propagarent. Tertia, quia hic non nisi eos enumerare animus fuit, quibus æternitatis Genius affuit, quiq; ingenii sui specimen non nisi seriis scriptis, posteris probarunt: eorum enim qui nihil, aut leue aliquod argumentum tractarunt, & ipsi alias eruditissimi viri fuerunt, semper infinitus erat, estque etiamnum in Polonia numerus: quinimo & illorum potuisset reperiri multo maior catalogus, cæterum nos haud omnium notitiam, præsertim veterum assequi valuimus. Quæ autem potuimus, ea libentes, vt & alia nostra, in tuum ô Magne Deus honorem, in vestrum ô Poloni mei, ac quique Candidi Lectores, bonum, moliti sumus, quo, & vos isti sciatis, durum quoque Sarmatam, aliquid ingenio valere, & inter cultissimas quasuis gentes, haud inferiorem omnino Polonum, Dei benignitate esse; & illi ipsi, tot inter se excellentibus ingeniis, vel in tanta negligentia, conspectis, sedulius in posterum bonis artibus incumbant, ac literatos homines fauore & amore prosequantur; quo vel sic, immortalitati sese, feliciter suis maioribus, consecrare valeant. Actu quoque, Candide, Vale.

STANISLAI STOSLAVII
ad auctorem.

*Centum Sarmatici monstrasti sedulus orbi
Ornamenta, viros & decus omne soli.
Virtutem haud pateris Starouolsci condier vmbra
Inter virtutes hac quoque summa tuas.*

Simonis



SIMONIS STAROVOLSCI
SCRIPTORVM PO-
LONICORVM

'EKATONTA' Σ;

Seu

CENTVM ILLVSTRIVM PO-
loniæ Scriptorum
ELOGIA ET VITÆ.

STANISLAVS HOSIVS.

I.



VI Elogia Doctorum virorum scripsere (vti longam eorum seriem Bartholomæus Keckermanus recenset: & nos in Penu Historico fecimus) illi fere omnes methodum suam, vel per modum Alphabeti, vt Paulus Iouius, vel per ætates singulorum, scientiasue, vt alii, disposuere: putantes se, vel feliciorum sic, legentis memoriam reddere posse, vel faciliorem inueniendi vnumquemque, cum opus, rationem. Vtriq; recte. Sed quod vtrumq; vel ex solo indice nostro, sub finem appposito, facile assequare. Hic autem seruabimus ordinem Doctissimi viri Auberti Miræi, qui suos ornans Elogiis Belgas, illos priore loco ponendos putauit, qui dum uerent nobiscum, priore quoq; seu præstantiore loco fuerant ornati. Talem ego inter nostros Sarmatas STANISLAVM HOSIVM putarim, virum plebeio quamuis ordine natum, omni at tamen sæculorum memoria dignum, & inter Theologiæ Candidatos, non minus fulgentem, quam inter ignes minores Luna. Et quem ita censendum, clarus ille nostræ Sarmatiæ Orator, claroque genere ortus Orechouius, putauit, vt se indignum calamum ipsius, cum scribendo fatigatus posuisset,

*In libello de
legenda Hi-
storia.*

*Ordo nos-
tra scri-
ptionis.*

*Iudicium
Orechouij
de Hosio li.
3. Dialogo-
rum.
Vfus fami-
liariter Be-
nedicto à
Cosmin,
qui Profes-
sor in Aca-
demia, scri-
psit Latini
sermonis
obseruatio-
nes. Et ser-
mones sa-
eros. Biblio-
thecamque
Academia
plerimis li-
bris mori-
ens auxit,
proq; sem-
per augen-
da, certum
censum reli-
quit.*

suiſſet, ſumere, aut facem lucentem, cum codice ſacrum legeret, te-
nere, in ſuis Dialogis, palam fateri non erubuerit. Is etenim patria Cra-
couienſis, fundamentis ſtudiorum domi firmiter iactis, laurea q; prima
in artibus obtenta, in tantum in aliis ſcientiis, atque ſimul virtutibus
profecerat, vt ſuis duntaxat meritis, non ſuffragatione aut fauore Prin-
cipum, in Senatum primum Polonicum, & deinde Purpuratorum PP.
Tit. S. Laurentii Cardinalis S. R. E. adſcitus eſſet. Quo in ordine vſque
adeo ab inſigni ingenio, tenaci memoria, corporis dotibus etiam mi-
rabilis extitit, vt iudicii grauitate, conſummatae prudentiae Senatori-
bus æquaretur. Sed heu inuiſam mortem inuidebat Sarmatiae, imo to-
ti Europae, illum vnius viri ſplendorem; eiusque ſtamen reſecat emen-
ſis ſupra quindecim vitae lultis, iſſis Nonis Auguſti Anni 1579. Con-
ditus eſt in Eccleſia ſua titulari, ſepulcro latericij operis, cui breuis hic
totius vitae eius decurſus adſcriptus eſt.

D. O. M.

STANISLAO HOSIO POLONO.

S. R. E. PRESB. CARDIN.

VARMIENSI EPISCOPO MA-

IORI POENIT.

VITAE SANCTIT. ERVDIT. ET

ELOQ. GLORIA CELEBER.

Catholicae fidei propugnatori acerr. qui cum antiquae
probitatis, & Episc. vigilantiae praestantiam in humilitate,
caritate, castitate, beneficentia expressisset. Haeret. sectas
ſcriptis, & conſiliis ſapientis. feruenter oppugnasset, mul-
tos ab errore reuocasset, grauissimeq; legationibus pro pa-
ce Eccleſiae, cum apud Carolum V. & Ferdin. Caſ. tum pre-
cipue in S. Concil. Trid. Pii IV. Pontificis nomine felicis.
perfunctus, Chriſtianae Reip. plurimum profuiſſet: omnium
virtutum laudibus & exemplis ad imitandum abundans ob-
dormiuit in Domino MDLXXIX. aetatis ſuae LXXVI.

Stanislaus Patruo, & Stanislaus Reſcius Patrono beneficentiſſ.

execut. Teſtam. Poſt.

PLuta de hoc viro qui cognoscere volet, legat vitam illius, aut à Sta-
nislao Reſcio ſupra nominato, proſa conſcriptum; aut à Thoma
Trete-

Tretero, breuib; poematibus comprehensam, ac tabulis æneis per icones expressam. Hi sui alumni (vbi & plurimi alii viri illustres) atque familiares fuere; & postea præclaris honoribus in Ecclesia Dei ob insignem eruditionem condecorati, velut canes pro domo Dei latrantes, aduersus nascentes hæreses vigiles florere. Digni quorum scriptis non fides modo aut veneratio adhibeatur, sed gratia etiam & recordatio à posthumantibus debeat.

STANISLAI STOSLAVII.

Quem stupuit doctum doctissima turba Tridenti,
Pontificum, toto ex orbe vocata, virum.
Hæc est gentis laus, fama, decusq; Polonæ.
Quem tulit, & proprio nutrit illa sinu.
Præsuleaq; mitra redimiuit; Roma sed illum
Dignum purpureâ censuit esse togâ.
Promouitq; sua, vt templi, virtute subiret,
Romanæ sedis cardinis ille vices.
Felix cardo; fides fors Lechis vera ruißes,
Tu nisi tam forti cardine nixa fores.

IOANNES LASCIVS.

II

ARCHIEPISCOPVS Gnesnensis, vir generis nobilitate, linguarum peritia, & rerum tractandarum vsu, toti pæne Europæ notus. Præter enim splendorem familiæ suæ, quam Comites à Lasko, toga pariter ac sago illustres semper ornarunt (& quales inter illos fuerunt, Hieronymus atque Albertus, ex ordine sibi succedentes, in Palatinatû Siradiensem, cladibus Turcarum Sultano toties illatis, Dacisque deuictis, illustres; vt eos seriò Hungarici Annales, atque Polonici commendant: & nos in Elogiis, bellica virtute illustrium virorum fecimus) haud postremam quoque & ipse gloriam genti suæ attulit: cum à puero in aulis Principum nutritus, grauißimas legationes pro patria, tanta cum laude absoluisset, vt paucos sibi pares, in eo munere obeundo haberet: qui & in Concilio Lateranensi magna cum authoritate sui Regis personam gessit, & primus Ecclesiæ suæ Legati nati titulum, ex eo tempore peperit; quamuis & ante illum, semper Archiepiscopi Gnesnenses, Prælati Regni, & Principes Religionis in Polonia haberentur. Cumque adhuc Præpositus tantum Posnaniensis, & Regni, Gnesnensisq; Ecclesiæ Cancellarius esset, nummos veteres, signa, tabulas, librosque calamo exaratos, magna indu-

Vide Bonifacium, Cuspinianum, Vaponium, Kureum, & alios.

Sigif. I. Regni Polonia potentis.

B

stria

*Primus in
Polonia
statutum
Io. Lascius
scripsit.*

stria collegit, & ut eius ævi genius erat, primus iussu Regis Alexandri, *com-
scripsit statuta & Leges Polonia.* Erat enim antiquitatis in primis studiosus, &
in paucis peritus, proindeque constitutiones Regni omnes, priuilegia, li-
bertates & immunitates, paucis ante cognitæ, ex archiuo & scriniis de-
promptas, ad notitiam & vsum ciuium, in vnum volumen compegit, at-
que in lucem dedit. Præterea, *librum Iuris Feudalis* fecit, & *Iuris Magdeburgen-
sis*, quo communiter in Polonia oppidani vtuntur, *libros duos.* Demum, iu-
ris quoque antiqui gnarus, *summa Raymundi Parthenopæi libros quinque*, tum
& alia ad Ecclesiam Remque pub. ac litterariam pertinentia, quæ in char-
tophilatio Ecclesiæ Gnesnensis, à tineis corrosa adhuc latitant: quam ille
annis vno & viginti summa cura atq; diligentia rexit. Et inaugurato nobis
Rege Sigilmundo Augusto è vita decessit Anno 1531. 19. Maij, sepultus in
cæmiterio Ecclesiæ suæ titularis, cum tali inscriptione.

IOANNES DE LASKO EX CANCELLA-
RIO REGNI ARCHIEPVS GNESNEN. LE-
GATIONIS NATE AVCTOR. TERRAM FI-
GVLI EX VRBE, ET AB HIEROSOLIMIS IN-
DVCIT, QVA CIMITERIVM HOC CONSPER-
GIT, ET VRNAM GLEBÆ SVÆ HOC LOCI
PONIT. MORITVR TANDEM ANNO D. 1531.

CLEMENTIS IANICII.

*Religionis amor, patria pater, auctor honoris
Gnesna tui, castus cum pietate pudor.
Lascius, ô sancta mors sancta simillima vite,
Sic, ô si fas est, sunt mea vota mori.*

STANISLAI STOSLAVII.

*Aufonias toties peragrauit Lascius oras,
Personamq; sui Regis in vrbe gerit.
Legatus Lateranam dum discedit ad urbem
Legatos Natos, Natus & ipse parit.*

ANDREAS CRICIVS.

III.

Eiusdem Gnesnensis Ecclesiæ Metropolitæ. Natus is maiori in Polonia,
Lenciciensi Palatinatui adscripta, qui, oppidum Canonicorum Col-
legio, & schola ab Academia Crac. Professoribus acceptis, illustre habet;
vbi ille humanioribus primû, dein Cracouiæ Philosophicis studiis ope-
ram posuit, & Alexandrû de Mysczyn, qui post Canonica dignitate, & suf-
fraga-

fraganei munere Vladislauia ornatus vixit, assidue audiuit. Prouector Lutetiam Parisiorum lustrandae Galliae concessit. Inde in Italiam transgressus, Bononiam se ad percipiendam Iurisprudentiam contulit, eoq; in studio, tantos breui tempore progressus fecit, vt adhuc adolescens publice de utroq; Iure, magna cum omnium admiratione responderit, eosque honores consecutus, qui amplissimi confecto studiorum curriculo discerni solent. Mox in patriam reuersus, non Principi solum, sed omnibus etiam, ob ingentes animi doctores gratiofus, quae eum gradatim per honores, in supremo ad extremum dignitatis fastigio, post obitum Martini Dreuicy, Archiepiscopi Gnesnensis, collocarunt. Hic prima illi cura Bibliothecam instruere, veterum scrinia excutere, & manuscripta exemplaria conquirere. Quia in re cum alios plurimos viros litteratos sibi coadiutores habuit, tum praecipue Clementem Ianicium Poetam illum in tota Sarmatia clarissimum, ad Praemisliensem adhuc, & postea ad Plocensem Episcopatum euectus, magno sumptu penes se aluit. Quamuis enim in dicendo facundissimus haberetur, multaque rotundo tumore, contra crescentes Haereses diceret, & grauissime scriberet, magis tamen eum (vt & Ioannem Dantiscum Episcopum Varmiensem Collegam suum, cum legationibus apud diuersos Principes clarum, tum grauib; Poematibus scriptis illustrem) ligatum scriptionis genus oblectabatur, quo, *Elegias, Epigrammata, & librum Epistolarum*, ad imitationem Ouidij, ad amicos conscripsit. Ipse inter togatos Regis consiliarios, & tranquillis & turbidis rebus, semper e principibus vnus, cum & doctrina, & vsu rerum, & prudentia excelleret. Quem Deus Opt. Max. magna Ecclesiae Polonae commoda agitantem, altero Archiepiscopatus anno, Cracouiae humanis rebus exemit, redempti vero Orbis, Anno 1537. aetatis suae. 54. Corpus locum sepulturae in suo Episcopio sortitum est (succedente sibi in eam dignitatem Ioanne Latafcio) die Lunae. 8. Iulij, tali cum inscriptione.

Rmo IN CHRISTO PATRI D. ANDREAE CRICIO, ARCHIEPISCOPO GNESNEN. &c. INCOMPARABILI VIRO, DE RELIGIONE ATQVE REPVB. BENE MERITO, MULTISQ. NATVRÆ ET INGENII DOTIBVS INSIGNITER PRÆDITO, POSTREMVM HOC PIETATIS MVNVS, AB AMICIS CHARAM ILLIVS MEMORIAM RETINENTIBVS POSITVM. MORITVR. A. D. MD, XXXVII. ÆTATIS VERO SVÆ. A. LIV.

B 2

CLE-

luris lauream Bononiam merito accepit. In Praemisliensi primo Episcopatu Cancellarij dignitatem gessit. Fuit & Laurētium Ceruinum Rhetorem, cuius nunc Elegantiarum Oratoriarum Hortulus extat. Asseruantur hac in Bibliotheca Episcopali Bronsberga. Ipso die Ascensionis Domini hora 17.

CLEMENTIS IANICII.

Omnia solus erat Cricius, quem forsq; Deusq;
 Certabant summis vincere muneribus.
 Sors tandem indoluit quod erat contempta sub illo,
 Maturamq; virum sustulit ante diem.
 Heu! quæ restituent misero mihi secula talem.

VITELLI.

Victori Ennius Africano adhesit,
 Augustus quoque Horatium, Maronem,
 Actium Brutus, Archiam Latina
 Flos linguae Cicero, atq; principibus,
 Istos hi celebres viri Poetas
 Impensa veneratione amarunt,
 Diuinam Cricius Poësim ita arsit
 Magnis vt prope par foret Poetis.

STANISLAI STOSLAVII.

Cricius in meritos, vtroque in Iure peritus
 Qui quondam tulerat præmia iure refert.
 Felix per magnos est tandem vectus honores
 Donec & in summo constitit ille gradu.
 Orbaq; vix tanto lotata est Prasule Gnesna.
 Extincti plorat funera mœsta viri.
 Mors vitam rapuit non laudem, maximus illi
 Merces perpetui factus honoris honos.

NICOLAI ZORAVII.

Anchora doctorum Cricius fuit atque leuamen
 Quid mirum quando doctus & ipse fuit.

STANISLAVS KARNCOVIVS.

VIR multiplici præditus eruditione, atque in primis Iuris Pontificii cognitione: in Episcopatu Vladislaviensi post Iacobum Vchanicium constitutus, à fundamentis plane labantem illam Diœcesim erexerat, templa à Hæreticis profanata aut spoliata innouauerat, vestibus sacris & imaginibus decenter ornauerat, Clerum reformauerat, atque dignitatem eorum auxerat, editis in vsum illorum *Constitutionibus Synodalibus* Diœcesanis, quibus & *Cathecheses* lingua vernacula pro meliore informatione addiderat,

IV.

Scrispsit Vchanicius ille librum contra Starcharum Hæresarcham, & alium, de Sacrificio Missæ. Romanum Cathedismum, Polonicum fecerat.

diderat, simulque Seminaria & Scholas, vbi hæc talia, sacris initiandi ordinibus iuuenes, ediscere possent, instituerat, assignatis in alimentum ipsorum de mensa sua redditibus annuis. Cumque vir & in Politicis rebus prudens & bene versatus esset, idcirco multos sibi à Rep. impositos labores, multa negotia, multasque legationes strenue peregit, atque rerum earum omnium testes, *libros Epistolarum familiarium edidit, tum Panegyricos nonnullos ac librum de iure prouinciali terrarum, ciuitatumque Prussia.* Scripsit & *Sermones ad Parochos. Messiam. Atque Historiam interregni,* post discessum è Polonia Henrici Andegauensis. & *Orationem longe disertissimam,* qua eum aduentantem in Regnum exceperat, tum & *aliam in Comitibus Varsouiensibus* Ann. 1570. *in Senatu habitam,* qua explicantur acta legationis Gedanensis. Cumque Regem Stephanum, solus, & promulgasset electum, & inaugurasset exceptum, præter morem auitum, & voluntatè dissentientis tum ab electione Archiepiscopi Gnesnensis, qui ipse hanc in rem ius & auctoritatem Rex in Polonia, non nisi ab Archiepiscopo Gnesnen. inaugurari solet. habet, ideo iste post decessum discordantis, ex Episcopo Vladislauensi in Metropolitanum promotus, meruit & alterum nobis Regem Serenissimum Sigismundum III. legitima iam potestate inungere, Stephano è rebus Annis XXI. humanis sublato. Hac igitur in ipecula locatus, verbo & exemplo regem suum verus pastor pavit, plane absque omni reprehensione, vt vult Apostolus. Sacris enim tam sanctè vir pius quotidie operabatur, vt inter sacrificandum & lacrymas effunderet frequenter, & easdem aliis excuteret, scripsitque annis labentibus, egregium *de Ecclesia vtraque libellum,* tum & *aliu lingua natia Eucharistia imitatum,* cuius dum vixit vehemens assertor enituit. Quem, cum plurimi, qui se ab Ecclesia, priuata sui cerebri opinione segregant, paulo diligentius reuoluissent, confestim ad gregem & gremium illius postliminio quasi sunt reuersi, exemplo bono, cæteris in societatem præclari facti adductis; quos tanti viri vel ipsa auctoritas allexerat. Erat enim nomen ipsius propter summam virtutem & eruditionem, tum apud suos, tum apud exteros summum; eoque magis inclarescebat in dies, quo magis ad doctrinæ singularem opinionem, vitæ perpetuam innocentiam adiungeret. Quid hic liberalitatem ipsius in egenos? quid magnificentiam in Religiosos Ordines commemorem? quid Collegium PP. Societatis I. E. S. V. sumptu operoso Calissij extructum? quid Seminaria, Gnesnæ, Vladislauæ, atque itidem Calissij instituta? Quid Iuris, Theologiæque Magistros in eis? nonne & hinc erunt qui compellent, compellenturque intrare? cum vel ex ipsis scholis tot agmina iuuenum, pietate & litteris præstantissimorum, in singulas Regni prouincias, singulis annis euolent? O magnum & laudabilem Præsulem;

atque vtinam sint, qui se ad præclaram Præfulis maximi virtutum diuinarum conforment imitationem: dignus vtique hoc sepulchri titulo, ac marmoris ornamento, quod in æde à se Calissii extracta spectatur, atque etiam Gnesnæ ante sepulchrum Diui Tutellaris (S. Adalberti) supra fores conclauis 20. Capituli legitur.

D. O. M.

Æternæ memoriæ inclyti Præfulis & Principis D. Stanislai Karnkouij, Archiepiscopi, Gnesnen. Legati Nati, Regni Poloniæ Primatis Primiq; Principis, &c.

Quod præstantium salubriumque consiliorum in Ecclesia & Republica, Dux, author, & moderator semper felicis. Cum ex solutis pie liberaliter & magnifice suis vtriq; muneribus. Erectoq; & fundato Calissij Soc. Iesu Gymnasio amplis. Bursa item Karnkouiana, Seminarioque Archidiœcesano, felici nihilominus ex honesta lautaque parsimonia opum prouentu floreret.

Basilicam hanc venerandam Capituli aliorumq; Collegiorum eius sacerdotalium ad auctis liberalitate incomparabilibus illustriorem reddiderit, luculenter sac. indumentis instruxerit, aram maximam sumptuosi operis iconibus exornauerit XII. clericos ad eiusdem ministerium coemptis in eorum alimenta, iurisq; sacri studium fixis redditibus, instituerit, gratamque in templa complura, cænobia pro chodochiaque beneficent. & in clerum vniuersum paternæ charitatis & indulgent. memoriam reliquerit.

Capitulum almæ huius Ecclesiæ metropolitanæ Gnesnen. Pro æterna eius requie perpetuum singulis mensibus Missæ sacrificium ad Mausoleum D. Adalberti facien. decreuit, gratique hoc & memoris animi M. P.

Vixit annos LXXVIII. D. XXIX. Sedit in Archiepiscopatu A. XXI. M. IV. D. V. Obiit Louicii v. Idus Iunii Anno Domini M. DC. III. Calissii in templo Societatis Iesu inter sacrarium aramque maximam sepultus,

Episcopa-
tum Gnes-
nensem seu
Vladislau.
18. annis
admini-
strauit.

VITEL

VITELLI.

*Vines perennitatis auro Karnkou
Lumen decusq; Lechia
Ecclesiaq; columen atque egentium
Patronus & primus Pater.
Obluione ab inuida te vindicant
Theatra virtutis tuae.*

ZORAVII.

*Mentibus ex hominum prius oliui ad arua Canopi
Tecta euanescent barbara Pyramidum
Calisi quam Karnkoui ampla palatia IESV.
Qua struxit socijs haud tua curta manus.*

STANISLAI STOSLAVII.

*Sauromatum proprijs minitatur terra ruinam
Et regni casum Regibus orba timet.
Karnkouius studio ceu robore maximus Athlas,
Sub molem tanti ponderis ipse subit.
Sauromatis Regem Samuel velut vngit oliuo
Est modo, ceu quondam v.ctor vbique Dauid
Condere non minus est quam conseruare beatum
Qui conseruauit conditor esse potest.*

*Io. Dem.
Solic.*

IO. DEMETRIVS SOLICOVIVS.

ARchipræsul Leopoliensis. & Vachocensis primo, postea Sieciecho-
uiensis Abbatia perpetuus Administrator: equestris quidem ordinis
maioribus, sed tenuæ iam sortis, in Palatinatu Siradiensi natus, non modo
illis ipsis in obscuro versantibus, verum etiam vniuerso Ecclesiastico Or-
dini, virtute sua præluxit, & assecutus est inter Roxolaniæ Magnates su-
premius dignitatis gradum. Quæ enim duæ res in vnum eundemq; ho-
minem raro admodum conuenire solent, præstans ingenium, & summa ani-
mi modestia, eæ ambæ in illo ita eniterunt, vt de eo ornâdo certasse inter
fese videantur. Nam & in Philosophiæ studiis, quibus primos annos Crac.
in Academia dedit, ita excelluit, vt superiorum ætatum Philosophis inge-
nio doctrinaq; par haberetur. Quo factum, vt non suis modo, ob eximiam
morum facilitatem, hilaritatemque naturæ, esset gratus, sed externis
etiam quibusuis, atque Magno illi Lipsio Censori eruditorum rigido
& graui, magnopere laudatus; imo toti Europæ, quatuor & viginti

*V.
Illam enim
Hierony-
mo ex fra-
tre Nepotæ
I. V. D. re-
gendam
commise-
rat.
Vfus præce-
ptore in ar-
tibus Gre-
gorio Sam-
boritano,
cuius nunc
Ecloga ex-
stant &
Theorisis.*

obitis

*Labores
Soliconij
pro Rep.*

*Eleemo-
syna.*

*Scripta
Soliconij.*

*Triam Soli-
conij plac-
uit.*

obitus pro Rep. ad diuersos Principes legationibus, clarus. Primus is Confraternitatem D. Annæ, ardore pietatis in Poloniam introduxit, & cum fere passim, tum inter D. Francisci Religiosos sectatores excitauit. Patres Societatis I E S V, vtiles in partibus illis, schismate Græcanico à nobis disiunctis, operarios Leopolum introduxit; & cum aliis pluribus per vniuersam Diœcesim suam Ecclesiis prouidit, tum Vestalibus etiam, sub D. Benedicti præscripto viuentibus, in eadem vrbe monasterium erexit. Academia Crac. in qua institutus fuit, & cuius solius præceptis ad vitam cum virtute traducendam informatus erat, semper bene voluit, bene fecit; maxime studiosis pauperibus. Tamen effusa erga indigentes misericordia & beneficentia fuit, vt credibile multis videatur, mediocres ipsius redditus, ad vsum tantæ liberalitatis diuinitus, vt aliquando farina & oleum illud Sarephthanæ viduæ, auctos interdum fuisse. Feruntque de illo, quod pauperi semel importune eleemosynam petenti, annulam quo secretiores literas ob signabat, non habens quod largiatur, dederit: accidit, vt aliquot post Menses scribens ad amicum, sigillum quod non erat in promptu, in arcula solita quæreret, & ecce inopinato, quem pauperi dedisset, anulum conspiceret. Attonitus itaq; miraculo, procidit in faciem glorificans Deum, & exinde ad largiendum promptior fuit. Fuit & in contemplatione fere totus, in lectione vero Græcorum & Latinorum scriptorum, etiam tum cum in itinere esset, assiduus. reliquitque de talento suo. *Super Psalm. 67. Exurgat Deus & dissipentur inimici eius. Meditationis seu explicationes; vere pias, vere dignas Præfule tanto. Item Fastorum Christianorum libellum. Lutheri Triumphum, contra Thraconicum eiusdem triumphum, à quodam Lutherano confectum. Præfiam Ducalem, eiusque sub Augusto Rege tumultum. Et hæc ligata Oratione. Soluta vero. In obitum eiusdem Regis Augusti Orationem, & Panegyrim ad Gallos atque Sarmatas: quæ sub nomine probi viri annectitur Annalibus Cromeri. In Chartophilacio vero suo reliquit, super Euangelia, Psalmos, Epistolas atque Hymnos per annum in templo decantari solitos, expositionem, Ephemeris sacra nuncupatam. Itemque Meditationes quotidianas. Iuru Liuonici lib. II. ac eiusdem Prouinciæ Topographiam. Familiares autem eius epistolæ, in seriis etiam grauibusque rebus scriptæ, innumerabiles pœnè in Cænobio Vachocensi, sed indigestæ, asseruantur; plurimæ dispersæ: in quibus omnibus stilus electus, recondite elegans, rerum varia cognitio, notarum subtilitas, censuræ maturum quoddam iudicium: & ante omnia nescio quid altum & ingenuum, quod spirat in eius scriptis (legi enim posthuma fere omnia) quodque animum legenti obicit non plebeium. Conditus est ante aram maximam, augusta in*

sta in æde S. S. Trinitatis apud Leopoliem. quam annis circiter viginti irreprehensibiliter rexit, vt ex adiuncto testamenti illius, & Paraphrasi Matthiæ Sifinii. S. T. D. in illud, cuique videre fas est.

Obiit An
1603.

VITELLI.

Solicouio praconium

Fam. amq; factis comparem

Ambire. simi'e est ad facem

Inferre lichnum Phœbeam.

Contermina eius est Polo

Laus, meritaq; superant solum.

ZORAVII.

Veni, vidi, hostes vici, semel ore superbo

Cesar protulerat magna trophæa crepans.

Legatus vicibus viginii quattuor idem

O Solicouitu resonare potes.

PETRVS TOMICIUS.

VI.

EPiscopus inter, agmen ducat Petrus Tomicius. Nobilis de domo Nauis. primum Cracouia, liberalibus artibus institutus, & laurea Philosophica ornatus: Dehinc Lipsiæ, post Bononiæ & Romæ, cum politioribus litteris ab Antonio Burgo Hispano, tum Iure Ciuili & Canonico à Philippo Beroaldo egregie informatus, & Doctor creatus; Domum reuersus Cancellarium apud Fridericum Cardinalem, germanum Regium aliquandiu egit; quo vita functo, Sigismundo Regi ad secreta adscitus, breui ad Episcopatû Præmislien. & Vicecancellariatum Regni prouectus, officium tanta cum laude domi forisque gessit, vt eo retinente paulo post ad sedem Posnanien. postea ad Cracouien. anno quinto translatus, tantum gratia & auctoritate, cum apud Principem & Regni Summates, tum etiam apud externos processerat, vt secundum Regem, summus omnium haberetur. Erat enim vir quadruplici lingua disertissimus, (vt facile ex Latina Oratione illius ad Augustum Regem, & libro legationum, quas pro Rep. obierat, colligere poteris) præterea forma conspicuus, animo excelsus, & ingenio atque consilio admirandus: in cultu & apparatu splendidus: in pauperes & omnes alios liberalis: in ceremoniis tam Ecclesiasticis, tam aulicis præcipuus:

An. 1490.

An. 1520.

C

exter-

externorum, oppressorum, ac cleri, iuriumque Ecclesiasticorum, iustitiæ ac veritatis, propugnator acerrimus. Annum agens circiter septuagesimum, febre primum, post hydropisi sesqui annum decumbens, nihilominus sui officii munia, citra suam molestiam exquebatur. Tandem superante morbo, viribus sensim destitutus, perceptisque sacramentis Ecclesiasticis, ac rebus omnibus dispositis, legi sibi Euangelium passionis dominicæ mandavit. Quo cum gemitu & lachrymis audito, dum ad verba illa, *Pater in manus tuas, commendo spiritum meum, & hæc dicens expiravit*, ventum erat, spiritum vno nixu efflauit, incredibili omnium dolore ac Reip. iactura. Die XXIX. Octob. Anno partæ per virginem salutis 1535. Cracouiæ. Cuius mortem cum alii plurimi scriptis suis luxissent, tam domestici quam extranei, tum etiam Andreas Cricius Archiep. Gnesnen. tali carmine suum dolorem testatus est.

Petro Tomicio Episcopo Cracouiensi, & Regni Vicecancellario, Auunculo incomparabili, Cricius Archiepiscopus Gnesnensis Nepos, a mari doloris plenus posuit.

Tabula in
suo Oratorio
affixa.

Defunctum ploret semper Cracouia Petrum,
Ingenti cuius pastor honore fuit.

Publica res ploret diris obnoxia Fatis,
Consilio illius quæ bene fulta stetit.

Ploret Relligio: plorent Ecclesia, Clerus,
Inuictus quorum semper erat clypeus

Mœreat aula suum quæ porrigit vna tenorem
Omnibus, extinctum iam decus esse suum.

Ingemat & Princeps tam digno orbatus Achate;
Quo sine succedant, quam sua facta videt.

Nam Petro extincto vigor aulicus ille refrixit,
Consilij, eloquij, ponderis, & calami.

Oppressi ac inopes plorent doctiq; probiq;
Patronus quorum doctus & ipse fuit.

Denique plorem ego Nauclerus cui tradita sacra
Summa Ratis: solo hoc remige fretus eram.

Exul-

Exultent patriæ pestes & monstra sacrorum
 Hercule ad hæc vno cum satis esse nequit.
 Heu Petro color est mutatus vt optimus vno,
 Regni, Aulæ, Templi, Principis & Populi.
 Ille tamen felix mediis sublatus ab vndis
 Quas scelus ambitio numina læsa mouent.
 Nunc ego Auuncule mi mœrentem hoc carmine mentem
 Testatam volui, cum tibi, tum Patriæ.
 Tu vita exutus viues tamen: omnia quamuis
 Mors rapiat: in famam non habet illa manus.

EPI T A P H I V M.

Petrus hic & comites artes, prudentia, virtus,
 Maiestas, species, gratia & eloquium.
 Quem non ambitio, non dona, non aulica te: hna,
 Sed Regum euexit gloria, voxq; hominum.
 Constitit in sede hac potius, renuitq; supremam,
 Sponte datam: Regni sed potiore bono.
 Templorum columen, Patriæ laus, norma Senatus,
 Iustitiæ clypeus, Pontificumq; decus.
 Hæc summa, hic tantum. nam non moritura viator
 Fusius exponet singula fama tibi.

Similiter quoque Ioannes Dantiscus Episcopus Var-
 miensis, tabulam cum his carminibus pa-
 rieti appendit.

Hic iacet Antistes templi clarissimus huius
 Gentis Tomicia Petrus in Orbe decus.
 E viuis fractus longa ægritudine cessit
 Illi quam, Regni sedula cura dedit.
 Ardua tractabat qua sæpe negotia: magnus
 Consilio, triplici magnus & eloquio.
 Iudicio quoque sublimi, prudentia, & æqui
 Cultura, constat non habuisse parem.
 Hunc aula & lugens Respublica sentit ademptum
 Cuius præsidio comoda multa tulit.
 Omnibus hic post se virtutum exempla reliquit,
 Per quas cum Christo viuit in arce Poli.

Vir multis
 legatio-
 num fun-
 ctis honori-
 bus, & poe-
 tica lauro
 ornatus.

Aliud eiusdem.

Hoc viuens bustum sibi struxit Episcopus iste
 Prudenter reputans quod moriturus erat.
 Exornauit & hoc pulchrum cum dote sacellum.
 Nec desunt mystis munera larga sacris
 Pauperibus pius & doctis Pater esse solebat,
 Nulli cui potuit ferre negabat opem.
 Quicquid habent sophia duplicisq; volumina Iuris
 Hauserat in Latijs non sine laude scholis.
 Hoc igitur fieri vita durante sepulchrum
 Iussit, & hic oculis vidit adesse suis.
 Qui memor est mortis metuit peccare subinde
 Peccat qui mortis non solet esse memor.

Hanc mœrens posuit suo tabellam
 Patrono bene & optime merenti
 Dantiscus requiemq; sempiternam
 Cuius subsidio est Episcoporum
 Adscriptus numero, pie precatur.

IACOBI VITELLII.

Patria quantum, Fideiq; sancta
 Quisque deberet, memorandus omni
 Tempore, ostendis Tomici, docesq;
 Archetypo ipso.

STANISLAI STOSLAVII.

Tomicius patriam decorauit honoribus am, lis.
 Nuntius in variis cognitus ille plagis.
 Grata suo natum mater profecit ouili
 Fitq; ouibus vita pastor imago suis.
 Et tenet aeternam merito post funera vitam
 In vita doctus qui fuit ante mori.

NICOLAI ZORAVII.

Regi commendasse animam te Petre supremo
 Dum moreris non est causa stupenda mihi.
 Moribus integris victi conclusio recta
 Ex bene premisis non male consequitur.

PETRVS

P E T R V S V O L S C I V S .

VII.

E piscopus Plocensis. Tulliana facundia potius, quam aut generis nobilitate, aut muneris magnitudine, clarus quamuis & hæc utraque habuerit magna. Istam, quod Plociæ Antistes, inter primos Senatus Polonici Patres numeraretur. Illam, quod Duninorum è profapia deriuaretur, quæ multos toga & sago viros illustres protulit. Nihilominus tamen, in quo tertia hæc diuina Dina (eloquentiam intellige) *Eloquentia vis.* conspicitur, arte vel natura comparata, quomodo non longe præstantiorem eiusmodi virum faciet? Apud Athēienses profecto magnus putatus est Demosthenes, quia difficillimo tempore supremos magistratus constanti animo gessit. Magnus apud Romanos Cicero, quia nouus homo & obscuris parentibus, Consularem dignitatem adeptus fuit. Magnus & apud Venetos Bembo, patrum nostrum memoria habitus, quia & patricio genere ortus, & inter Purpuratos Patres Romæ connumeratus. Magnus ad extremum & noster Hosius fuit, quod plebeiis parentibus natus, propria virtute, non Senatoriam modo in Polonia dignitatem, sed Cardinalitiam quoque mitram (quod non multis, claro etiam sanguine ortis, contigit Polonis) affectus esset. Nihilominus tamen, omnes isti tales, eloquentia potius sua, atque dicendi felicitate, immortalē consecuti sunt famam, quam aut alia ex prædictis rationibus. Nam & qui magistratus in Græcia, & qui Consulatum Romæ, aut Cardinalitium galorum in Ecclesia nuper, tam obscuris, quam claris è parentibus nati, gessere, multi fuere profecto, quorum memoria, vel tota iam periit labentibus annis, vel difficulter admodum memoratur, quamuis Fastis inserta reperiatur. At quos præclara virtus, linguaque diserta fecere beatos, horum ego nomen, memoriamque perennantem existimo fore, obscurissimis quamuis nati *Vera immortalitas fama unde* fuerint penatibus. Quis enim nosset Roxolanum nostrum Orichonium, equestri licet fuerit prognatus loco? quis Lipsium illum Magnum, & omnium eruditorum Aristarchum, non postremæ & iste quamuis fuerit suos inter Belgas stirpis? quis Manutios illos, Politianos, Moretos, Sigonios, nostrumque Simonidem, Socolouium, Gorsaum, aut alios infinitos, nisi eos omnes hæc illa talis extulisset. Quæ & Volscium vna, adeo supra alios, vel generis splendore, vel Senatorii tituli, Episcopalisue thyaræ dignitate æquales extulit, vt non per Polonias solum nomen ipsius, eruditorum sermonibus celebretur, sed per

C 3 Europam

Librum de
SS. Trini-
tate.

Europam fere vniuersam. Ipsique Italici scriptores, qui cæteris ingenii subtilitate dicendique libertate præstare videntur, scripta ipsius, pauca quamuis illa, ast optima, suo idiomate reddita habent. Qui autem Latino in sermone viri facundiam cognoscere cupit, legat vel solam illam *Orationem, quæ Henricum olim Polonia Regem Cracouiam ingredientem, omnium Regni Ordinum nomine excipiebat.* Vel Epistolas illius, quas in seriis etiam & magnis rebus, ad diuersos terrarum Principes, ex tempore dictare solebat, à Karnkouio Archiepiscopo Gnesnensi, aliis illustrium virorum Epistolis insertas.

VITELLII.

Corpore quantum animus præstat, tantum inclyta virtus

Ingenij, quauis nobilitate præit.

Volscijs ex vtraque sibi nomenq; decusq;

Quasi; insignis stemmate & eloquio.

ZORAVII.

Quid sit flexanimis facundia nosse requiris

Scire hoc ex ipso vel Cicerone potes

Quod si vsurus in magno populo & sapiente Senatu

Volscijs ostendet quanta sit utilitas.

VIII.

LAVRENTIVS GOSLICIVS.

Baccalau-
reatus gra-
dum Anno
1561. sum-
psit.

Lubrãscius
Collegij
Posnonien-
sis auctor.

Posnaniensis Antistes. Vir cui mores inculpati, vita sine crimine, fama apud probatissimos quoque sine macula fuit, quique idem cum Theologiæ atque Astronomiæ cognitione, naturalem quoque prudentiam, rerumque publicarum vsus & intelligentiam coniunxit, eximia Latine dictionis elegantia, quæ scriberet ageretur, comitante. Igitur in Acad. Crac. vtraque Philosophiæ laurea insignitus, & in Italiam excolendo potissimum ingenio profectus, apud Principes viros & scientiarum Coryphæos summo in honore fuit, scripsitque cum Patauii maneret, optimum illum *De optimo Senatore libellum.* & qui solus pœne aditum ei ad Senatoriam dignitatem in patria fecit, Abbatemque primo Ordinis Cisterciensis Sodalium Claię tumbæ creatum, ad Camenecensem Episcopum, deinde ad Chelmensem, atque ad extremum ad Posnaniensem, virtutis ergo, sedem erexit, in qua olim Lubrãscius ille eruditus sedit; ille inquam de Repub. de Ecclesia sua, deque pauperibus & studiosis optime meritis, & qui ipse diuinis pariter ac huma-

achumanis literis iuribusque ac singulari prudentia præditus, perpetuum sibi monumentum Bonarum artium Collegium Cracouiensis Academiae Professoribus, Posnaniae erexit. Golicus vero inter eos eruditus, scripsit & alium libellum *De Optimo Ciue*, idæam probi & patriam amantis viri, & qualem sese præstare studuit semper: Clarus & carmine pangendo, variisque poematum generibus, claris plerisque ea tempestate viris inscriptis, relictis: tum quoque illa insigni *pro statu sacerdotali Oratione*, cum occulta per id tempus deprauatorum in Religione opinionum lues, & Machiauellisticarum fraudium labes, inuadere Poloniam nostram cœpisset: Inflammassetque id malum, quo Hanc Var- occultius, eo periculosius è paruis igniculis ortum, totum fere Re- sausa in Se- gnum, nisi ad incendium restinguendum mature atque alacriter, ve- natu reci- rus hic pastor & custos, cum aliis sacri sui Ordinis viris aduolasset. Facto functus est octogenarius fere senex, meruitque marmoreum sepulchrum, in angulo Posnaniensis basilicæ capella erecta, quæ ad læuam introeuntibus maxima porta, occurrit, tali epithaphio inscripto.

Ill^{mo} & R^{mo} Domino Laurentio Goslicki, gente Grimallio, territorii Plocensis. Viro pietate singulari, ingenio præstanti, consilio excellenti, candido, aperto, & animoso, Reipub. & Ecclesiæ libertatis amantissimo. eloquentia rara, qui scientiarum insignibus publice decoratus, & ab aliquot Serenissimis Poloniæ Regibus, in precio & honore habitus, post multa varia & eximia in Remp. merita, & complures in grauissimis & difficillimis Regni negotiis pari fide & felicitate obitas legationes, primo Camenecen. paulo post Chelmen. Ecclesiis vtiliter Episcopus præfuit: deinde ad Ecclesiam Præmislien. promotus, simul claræ tumbæ Monasterium laudabiliter administravit. Postremo Ecclesiæ Posnan. præsul factus, cum eam feliciter annis sex, mensibus circiter quatuor rexisset, demum designato & adscito sibi legitime coadiutore & successore, septuagenario maior, viuida senectute gangrena neruorum tactus in pede dextro sensim occupante ad extrema deductus, animam Deo religiose commendauit, & piæ plenus spei reddidit Ciazinii Anno Domini MDCVII. Vltima mensis Octob.

Eidem

*Eidem Executores cum Nepote ex testamento monu-
mentum mæsti posuere.*

IACOBI VITELLII.

*Discitis in vltimo
Orbe termini Arctoi
Qualis ingenij vigor
Quæue mens foret doces
Goslici scripto, optimum
E Patauio tua
Cum Senatorem instruis
Patriæ, qui aheneum
Sese in hostili impetu
Fortiter murum daret.*

NICOLAI ZORAVII.

*Pulchrum Goslici Italia quod videris arua,
Pul. brum quod Præsul quodue Senator eras.
Pulchrum quod Sophus, Orator, pulchrum q₃ quod Abbas,
Qui d₃ Mathematicus quod q₃ Poëta sacer
Pulchrius at certe, vis dicam tale quid illud
Patria quod Laurum c. s₃ vitramque tibi.*

MARTINVS CROMERVS.

IX.

*Patria
Cromeri
Bieczoppo
dum.*

IAcuit post Io. Dlugossum egregium rerum Polonicarum scripto-
rem, annos multos Historia, rerumque nostrarum memoria, quam
Martinus Cromerus Antistes Varmiensis nuper reuocauit atque illu-
strauit. Fuit is in submontana minoris Poloniæ regione natus, & in
schola priuata primo, postea in Acad. Crac. altioribus disciplinis in-
formatus, & tandem vir factus, tantam ciuibus suis, splendore proprio
claritatem attulit, quantam ante se Biezensibus, & post, vsque in ho-
diernum nemo. Qui eo magis suspiciendus est, quod nullo maiorum
splendore commendatus, suis dumtaxat meritis, ad supremum in Po-
lonia Senatoriæ dignitatis culmen peruenerit, quo, nemini de legibus
nostris aditus patet, nisi equestri ordine natis: oppidanis vero & mer-
catoribus ditissimis quamuis, omnino est occlusus, quod hi tales pro
pleb^o, reputentur omnes. Vnde si quisquam eorum, ita inclaruerit vir-
tute,

tute, vt ipsam propter ipsam, non commodum aliquod, aut spem amet, dignusque ex eo, loco altiore in Rep. videatur, primum baltheo equestri donatum, inscribunt albo nobilitatis, tandem ad munia Reip. & honores sensim admittunt. Martinus igitur in disciplinam à parentibus Io. de Cazimiria, viro studio eloquentiæ sapientiæque noto traditus, & in illius sinu indulgentiaque educatus, per omnem honestarum artium cultum pueritiam adolescentiamque transegit, & secundo postquam suus auditor esse cœpit anno, prima Philosophiæ laurea donatus, breui his quibus dixi dotibus, Augusto atque Henrico Poloniae olim Regibus multopere gratus, adque Reip. negotia Secretarii nomine adnotus, cuncta eius negotia singulari quadam industria tractauit: & posteaquam illa ad Stephanum Bathorem esset deuoluta, inter sanctiores consiliarios, illis iisdem causis carus, admissus, premium virtutis Iusulam Varmiensem, post defunctum Hosium, accepit, adhuc sibi ab Augusto Iagellonide destinatum. Cumque assiduas in Rep. occupationes haberet, & diutinas pro illa, apud Carolum V. & Ferdinandum eius fratrem, Cæsares Rom. aliosue summos in Europa Principes, legationes obiret, traditur tamen litteras humanas diuinasque assidue euoluisse, tam diligenti cura, tam pertinaci in libris studio, vt cum diem sacris, aut ciuilibus occupationibus daret, noctem iis seponeret. Quo factum, vt à negotiorum curis ad Musarum hortos diuertere solitus, compluscula nobis scripta sua reliquerit: quædam & earum Heroico celebrata, vt est *Poema de Christi resurgentis triumpho.* *Scripta Cromeri.*
De aduersa Vilnæ valetudine Sig. smundi Regis. tum & alia pleraque. Prosa vero. *Dubitationes de vera via salutis.* *De pœnis sacrilegorum.* *De celibatu sacerdotum.* *De dogmatibus Ecclesiæ Catholicæ, quem librum Monachum appellauit.* *De vera & falsa Religione.* *De situ Poloniæ;* *De rebus gestis Polonorum.* *De sacramentis Cathedris.* *De concentibus Musicis, quos Chorales appellamus.* *Demum Sermones Synodales, quos in Prouincialibus Episcoporum congregationibus, ex altiore loco recitauit.* *Orechouium.* *Theognidem è Græco Latinum.* Atque vltimum *Epistolam de Optima politia ad Senatum Regni Poloniæ,* quæ passim Chronico illius operi, ob egregias præceptiones adnectitur. Epistolas vero familiares, plurimas sane cum aliorum Epistolis euulgauit Archiepiscopus Karnkouius, quo cum ipsi interuenerat amicitia: Sed longe plures manu scriptæ apud viros doctos asseruantur. Et Stanislaus Kutzkouius, vir apud Leopolienses Consularis & eruditus, maxime Mathematicis disciplinis, nonnullas nobis, manu ipsius exaratas, & quidem graui in re scriptas, pro sua humanitate legendas exhibuit.

D

IACO-

IACOBI VITELLII.

Obruta in aternis iacuisset Sarmatia vmbri
 Vnaq₃ Lechiaco nox foret imperio
 Ni tua facundissime lux diffusa Cromeri
 Sarmatia in gentes factaq₃ resq₃ daret.

STANISLAI STOSLAVII.

Natus in obscura Biecenſi plebe Cromerus,
 Cur proprium vincat queris honore genus;
 Tollit in excelſum ſapientia ſumma Cromerum,
 Non humilem virtus poſidet vlla locum
 Tempora præſulea cingit doctrina tyara
 Debetur doctis Varmia iure viris.

MARTINVS BIALOBRESCIVS.

ABbas Clarætumbæ primum. poſtea Epicoſopus Camenecenſis, non in Concionibus ſolum felix, ſed in Senatu etiam dicenda ſententia clarus & carus; illa tempeſtate præfertim, qua, tot prudentes viri & diſerti, veluti ſtellæ ſplendebant circa Reges ſuos Sigismundum primum, & Sigismundum Auguſtum F. in Senatu Polonico. Quos inter & Martinus haud poſtremus fuit, legationibus præfertim aliquot ad diuerſos Principes feliciter obitis. Sed & in Eccleſia Dei non obſcurum ſortitus locum, incredibili zelo flagrans adeo, vt nihil penitus de præſcripto Apoſtolico prætermiſſe videatur, cum ſingulas Diœceſis ſuæ Paretias ipſus diligenter quotannis inuiſeret, ipſe concionaretur, ipſe cōfeſſiones exciperet, cum Hæreticis diſputaret, dogmata Catholica, cum aliis ſcriptis ſuis legenda fidelibus ſpargeret, tum *Orthodoxa Confeſſione, ac Homiliarum ſeu Concionum Poſtilla edita*, contra Schiſmata Græcorum Roxolanorumq; inſurgeret, nihilque omnino non ageret, quod vel ad ornandam Eccleſiam, vel ad propagandam vtile fore videret. Quo factum, vt & Hæreticorum, & Hæreſeos nouitati fauentium, acerbiffimum in ſe odium concitarit; imo & ſciolis æui illius, calumniandi, pro ſæculi infelicitate, dederit occaſionem.

VITELLII.

Non centiceps tantum Hydra in Herculem quantum.
 Irarum & indignationis in dextre

*Uſus opera
 Matthai à
 Coſten. vi
 ri doctiſſi-
 mi ex Aca-
 demia, cu-
 ius extat,
 Cohorta-
 tio Ecclē-
 ſiarum Sar-
 maticarū
 ad auitam
 Religio-
 nem.*

Pro

*Pro Ecclesia, pro veritate bellantem
Bialobrescium diffudit Hæresis, verum
Tametsi in experium nihil reliquisset
Et nihil in ausum, Antistiti, triumphorum
Amplissima hinc seges Gigantulis fractis.*

ZORAVII.

*Hæreticos contra certat Bialobrescius armis
Pro Romanâ etiam religione mori,
Excipit humana commissa piacula mentis,
Scribit, perlustrat, subdita templa docet.
Talis si Præsul, Cleri quid cæterus ordo
Inuigilans proprio quam fuit officio.*

ANDREAS PATRICIVS NIDESCIVS.

XI.

PRImus post recuperatam à Moscho per Stephanum Regem Poloniæ Liunioniam, Episcopus Vendenſis, Vir omni scientiarum genere præditus, atque ob id cuique docto & probo clarus, maxime cum in Italia fuisset, Boncompagno, Sigonio, Paulo Manutio, Robertoque Turnero familiaris, quibus tantum dicendi peritia commendatus fuit, quantum quisque illorum ex *Commentariis eius in duas Cic. Ora-* Scripta il-
tiones: gratulationibusq; ad Stephanum Regem, post devictum ter Moschum, lius.
nomine Cleri Varlouiensis habitis, gustus percipere potuit, de quibus lib. Epigræ-
ma. secun-
do.
hoc ingeniosum Cochanoſius noſter luſit Epigramma.

*Patricius Stephano canit hæc encomia Regi,
Non alio Rex hic, ore canendus erat.
Sicut enim bello Rex inſuperabilis ille eſt,
Patricio eloquij laus ita prima datur.*

Scriptis præerea, *librum Fragmentorum Cic. cum Philosophicis rebus Potauii ſedulam operam daret. Item, librum Parallellorum Eccleſiæ Orthodoxæ cum Synagoga Hæreticorum. Præpoſiti Varlouiensis titulo auctus: atque demum de vera & falſa Eccleſiâ lib. 5. Vilnenſis Eccleſiæ Archidiaconus creatus, quibus nouatorû fraudes egregie detexit, & conatus impios fregit, qui nouâ religionis faciẽ, à ſincera & priſtina alienam, imo cum illa proſus pugnantẽ, nullo litterarum præſidio inducere conabantur, Lutherum, Seruetum, Occolampadium, Bucerû, alioſq; farine*

D 2 huius

*In Polonia
quilibet E-
piscopus est
Senator.*

huius perditos homines, tum serpentino more venena iacentes de-
pressit, & perniciofa eorundem dogmata recens conficta, aut rursus
ab inferis reuocata, suis scriptis iugulauit. Vir sane doctus, prudens,
& consilio maturus, ac eam ob rem, cum aliis viris doctis gratiosus,
tum prudentissimo illi morum & ingeniorum censori Stephano Re-
gi, qui eum vti altioris genii virum, in altiore dignitatis loco, & sella
Senatoria collocaturus, nouiter à se fundato Episcopatu in Liuonia
præfecit. Cui ille breuiter præsidens, multis ante exhaustus laboribus,
vitam cum morte, vel retro potius commutauit, seque in Episcopoio
funerari iussit. Anno CIO IO LXXIII. Amici næniis funus prose-
cuti sunt: in his Solicoius Archiepiscopus Leopoliensis, his versibus
parentauit.

*Tu Sunamitis eras viuo dulcissima Venda,
Tu Nidei sponsa, decusq; meum.
Te propter patriam liqui, te propter amicos,
Tu mea vel tumulo frigida membra foue.*

Et item.

*Patricius toto quondam clarissimus orbe,
Fortuna florens ingenioq; bonis.
Regibus ob meritum virtutis gratus, honore
Præfulis auctus obit, hac tumulatus humo.*

VITELLI.

*Mellea Nestoreo qui dicta stupescis in ore
Patricius dulci Nestore maior erat.
Nam Regum cecinit Mauorti. facta, suisq;
Fecit vt in scriptis hac monumenta forent.*

XII.

ANDREAS LIPSCIVS.

luris V. D. **S**Vperest adhuc & exornat ætatis suæ gloriam, vir sæculorum memo-
ria dignus Andreas Lipski, Magnus Poloniæ Cancellarius & Epi-
scopus Vladislauiensis, primo Luceoriensium & Volkyniæ Antistes
Regniq; Procancellarius. Vir studio dicendi & sapientiæ notus, fe-
rendaque in Senatu sententia in primis clarus. Experimento est, scri-
ptum illud de rebus Regis nostri Sigismundi III. gestis. breue quidem, ast pru-
denter à se Romæ editum, cum suæ maiestatis Secretarius modo dice-
retur, atque *Decas Quaestionum* pro libertate bonorum Ecclesiastico-
rum al

*Virtutes
suas latius
in Panegy-
ri nostra
ad ipsum
expressi-
mus.*

rum afferenda, luculenter conscripta, cum Episcopatus Cracouien. post decessum, piæ memoriæ Petri Tylicij, Administrator esset, & in Collegio Canonorum Scholastici titulo ornatus præesset. Tum demum *Observationum Iuris* valde probatus liber, in duas *Centurias* diuisus, & qui pæne solus aditum sibi ad honores, & Episcopalem thyraram fecit, licet hoc ipsum & familiæ dignitas, præclaræ virtuti coniuncta promereretur.

VITELLII.

*Quis quantusq̄, Deoq̄, Principiq̄
Sit Lipski & Patriæ, Reiq̄, quantum
Publicæ studeat docet diserte
Hoc fama Imperio loquens in isto
Lipsij memoranda facta, seculisq̄
Absque omni inuidia canenda seris.*

ZORAVII.

*Antistes Lipsi ac vt Cancellarius esset
Hoc tibi doctrina & nobile stemma dedit,
Antistes digne ac vt Cancellarius esses
Munera doctrinæ, hoc sola dedere tibi.*

STOSLAVII.

*Lipscius haud dubitat legum præscribere leges
Et facit in gemino viuere iura libro.
Ni bene iudicio seruetur mortua lex est,
Neglectoq̄, iacent iura sepulta foro:
Quomodo seruentur Lipsi docuere libelli
Non poterunt vnquam iura Polona mori.*

MARTINVS POLONVS.

XIII.

ORdinis Prædicatorum Professus, de nobili familia Streporum. apud Nicolaum III. Pontificem Romanum Pœnitentiarius, virtutibus & doctrina insignis, vt qui non familiæ suæ modo, sed totius Poloniæ fere, sub id temporis, lumen clarissimum fuerit, quod primus tum ex Polonis, idque solus, scriptis inter extraneos inclaruerit, vnde & Polonus, à gente cognominatus est, ac si Scylurus ille Scythæ, quod alium è Scythia parem sibi ingenio non habuerit. Inter cætera

*Primus è
Sarmatia
scriptis a-
pud exteros
inclaruit
Martinus.*

D 3 igitur

igitur ingenii & stili sui monumenta, reliquit Martinus noster *summam Iuris Canonici*, quæ Martiniana vocatur. tum *Chronicon Summorum Pontificum atque Imp. Romanorum*, summa Latini Sermonis venustate ac puritate comprehensum. Quam ob causam, cum & Summo Pontifici supradicto, & suis in patria Principibus, magnopere gratus esset, in Gnesnensis Ecclesiæ Archiepiscopum, post Philippum de domo Vieniatarum Anno Domini 1278. Sublimatus fuit. Quo tempore sedes illa, ob frequentes Summorum Pontificum mortes, sex annis ex integro vacavit. Confirmatus itaque & inauguratus Romæ, dum Boleslao Califfien. & Præmislo Posnaniens. Ducibus euocantibus in patriam pergeret, apud Bononiam infirmitate correptus, diem extremam clausit, & in Cænobio D. Castoris FF. Prædicatorum ante Sacristiam sepultus quiescit. Anno 1279.

CLEMENTIS IANICII.

*Munere Pontificis Monacho data Gnesna, sed illi
Dum redit infelix Felsina busta dedit.
Tam cito cur moreris Legum, Iurisq; perite?
Non potes an stygias vincere Iure Deas?*

VITELLII.

*Ne totum sibi vend' cet
Iactabunda sui Romulea ingenij
Tu Martine tuo potens
Ostendis g. nio, nos medio Arcadum
Nequaquam grege proditos
Hoc vitas celebrans Pontificum facis.*

Io. Dlugof-
sus.

XIV.

IOANNES DLUGOSSVS.

ALias Longinus dictus. Io. Dlugossi de domo Wieniaua, Præfetti Cotcinenfis F. Canonicus Crac. nominatus Archiepiscopus Leopoliensis, liberorumque Cazimiri Jagellonidis, Regis Poloniæ, præceptor, eo quod in Academia Crac. optimis artibus à fundamentis esset eruditus, earumque laureis pro more insignitus; primus ipse, in signum gratitudinis, & rei litterariæ incrementum, auctor Contubernii Iurisperitorum & fundator extitit. Idemque fatiscientium Ecclesiarum instaurator, & Xenodochiorum, pauperumq; omnium communis velut pater. Sed & rerum à Polonis gestarum ipse primus scriptor & illustrator,

tor, quamuis ante eum Cadlubcus Episcopus Crac. suis Commentariis connotauerit, verum quia connotauerit tantum per modum Epistolarum aut Dialogi, non filo Historico seriem rei scripserit, idcirco primas huic nostro damus, vt qui & *Circumiacentium populorum fortia, aut secus facta, veraci calamo depinxerit. quare & in lucem prodire haud permittitur, quod pleraque sine respectu scripserit.* Confecit insuper & *Ecclesia Cracouensis Acta, & Beneficiorum in Diocesi illa Ecclesiasticorum synopsim*, vbi omnes omnium Paretiarum immunitates, erectiones, & prouentus in certas classes disposuit, manuque & ingenio indefatigabili connotauit. Vir enim indefessæ mentis aciei & diuinæ prope memorix fuerat, cui & arguta verborum ac sententiarum compositio non defuit. Præterea pietas sincera, deuotio summa, contemplatio rerum diuinarum assidua: qui & ieiuniis disciplinisque asperimis, & orationibus prædicationibusq; assiduis, & Regiis insuper negotiis distentus, mirum quomodo tantum temporis scriptioni lectionique infumere potuerit. Plura de eo cognoscere qui exactius volet, legat vitam illius à Felice Herborto, Tomo illius primo per se euulgato præfixam, & morum castitatem, animi demissionem, laborem assiduum, humanarumque rerum contemptum, luculentissime, in ipso fuisse perspiciet.

Scripserunt ante Cadlubcum ad huc res gestas Polonorum, Gal-lus Anonymus & Bas-ko Custos Posnaniens. Scripsit & vitam S. Stanislai atque aliorum sanctorum Hungarorum & Polonorum.

VITELLII.

*Homerum Achilli fulminanti in hostico
Inuidit olim Rex potens
Suisq; talem buccinatorem magis
Optabat in factis dari.
Qui Sarmatis Dlugossium inuideat erit,
Ipsumq; cælo subuehet.*

ZORAVII.

*Es longus scriptis Longine ab origine longâ
Nam repetis longo gesta Polona stylo,
Longus es autor eras quia iura studentibus adis
Hæsuræ longo tempore menti hominum.
Longus es aut quia auus, pater aut tu corpore longo,
Et res & nomen quam bene conueniunt.*

STOSLAVII.

*Historia est lux vera canens, si falsa tenebræ,
Vera potest aliquid, falsa docere nihil.*

Historia

*Historia est lux vera refert nam cuncta Dlugosi
 Ut tua lux latitet terra Polona sinis,
 Crimina ceu densas horres spectare tenebras
 Hac certe aut ista luce videnda times
 Crimina dum celas, celas cum luce tenebras
 Ob tenebras lucem non bene carcer habet.*

STANISLAI STOSLAVII.

*Sarmaticam seriem repetens ab origine rerum
 Omnia quidquid erant vera Dlugosse refers
 Historici prima est virtus describere verum
 Non virtute cares, cur? quia vera refers.*

STANISLAVS RESCIUS.

XV.

*Legationes
 Rescij.*

*Restat hac
 de re Ora-
 tio ipsius.*

Religiosorum hominum in cœtu Stanislaus Rescius pius Abbas familiam ducar. Is patria Posnaniensis, à teneris fere annis in sinu Magni illius Cardinalis Hosii educatus, bonas artes, & bonos mores imbibit, illiusque ipsius exemplo ad pietatem informatus, per omne tempus Concilii Trid. quo ex omnibus Orbis partibus, sacriandæ in Ecclesia Catholica concordia, præstantissimi quique Theologi, præter Antistites, à Principibus mittebantur, Secretarii titulo ornatus in eius familiaritate vixit. Doctoris laurea post Canonicaque apud Variemienses dignitate aucto, in Gallias ad Henricum Valesium Poloniae Regem renunciatum, legatio Romæ obuenit, ut illi nouam eam dignitatem nomine Cardinalis sui gratularetur, fidemque simul, subiectionem, ac salutem deferret. Inde reuerso (Deo ad altiora viam sternente) sigillatoris officium in tribunali S. Pœnitentiariæ commissum, ac tandem à Rege Stephano in patriam reuocato, Abbatia sodalium sacrorum Andreouensium data. Qua auctus, legatum ad Gregorium XIII. & Sixtum V. Pontifices Max. Regis sui ac Reip. nomine egit. Iterum iussu Serenis. Sigismundi III. apud Remp. Venetam, Ferdinandum Hetruriæ Ducem, in Regno Neapolitano, atque demum apud Clementem VIII. cui & obedientiam nomine suæ maiestatis fecit, & in causa Canonizationis D. Hyacinti plurimum laborauit. Cumque acerrimo esset ingenio, & eximia animi magnitudine, inter tot negotia, tamque serias occupationes, ad hæreses clam è Germania Hungariaque in Poloniam serpentes reprimendas, cum ingenii neruos, tum

uos, tum actiones omnes contulit. Testis est in primis liber pro augmento Fidei Orthodoxæ conscriptus, & alter pro defensione Patrum Soc. IESV. itemque alius eadem in materia Spongia intitulatus. Quibus adiunxit Ministromachiam, Atheismos & Phalarismos, Vitam Hofii Cardinalis. Paraphrasim septem Psalmorum Pœnitentialium. Admonitionem Polonicam. Sermones de Sacerdotio. Pia Progymnasmata. & lib. Epistolarum familiarium, deq; maiestate sedis Apostolicæ Tractatum.

IACOBI VITELLII.

Talis Rescius inter eruditos
Qualis Roscius vnus in theatro
Cum solus populi approbationem
Et plausum sibi comparasset omnem.
Tam felix fuit eruditione
Vt suada merito medulla dici
Corculum sapientiaq; possit
Suavis Rescius in Latinitate.

B. IOANNES CANTIVS.

XVI.

AB oppido Canti, in quo natus, cognomentum B. Ioannes induit, qui à puero, mente in assidua diuinarum rerum meditatione defixa, totam ætatem in innocentia, morumque sanctitate transegit, & vt primum per ætatem licuit, Cracouiam excolendi ingenii causa ad Academiam se contulit, Philosophicisque ac Theologicis rebus sedulam operam impendit ita, vt quod aliis sciendum aut faciendum altiore ex loco dictaret, id totum ipse in exemplum re ipsa præstaret. Doctor renunciatus, Epistolas D. Pauli, postea libros sententiarum Petri Lombardi, atque tandem Summam D. Thomæ, multos annos, magno discipulorum concursu explanauit. Illoque sane doctrinam sacram nemo aut in scholis doctius interpretatus est, aut copiosius in concionibus, addam & efficacius enarravit; siquidem & Turci ipsi atque impii Saraceni eum prædicantem Christum Crucifixum patienter audire non abhorrent, qui martyrii corona flagrans, quaqua sese Hierosolymitano in itinere vertit, iis, vitæ neque rerum suarum metuens, exprobrabat mentis cæcitatem, falsumque vatem Machometem, verum Seruatorem Christum prædicabat. Adiit & vrbium dominam quater, vt corpus maioribus mansuefaceret afflictionibus, flagris insuper so-

Primam in
Philosophia
lauream
An 1415.
consecutus
est.

Quater
pedes Ro-
mæ adiit.

E litis

litis horis in seipsum læuiens. Vnde quæsitus aliquando, cur sæpius fre-
 quentaret urbem, cum nullum in Curia beneficium procuraretq; uini-
 mo Ilcussiensem Parochiam suæ curæ ab Vniuersitate commissam,
 consequenti se ultro resignaret. Respondit se istud fecisse graui onere
 Curæ Pastoralis pe: penso, quod officium eius nodi assidua pastorii
 præsentia indigeat, & Academica similiter statio, cui prius nomen de-
 derit, integrum, non vero dimidiatum hominẽ requirat, se autem non
 posse, neq; etiam velle, per substitutas personas satisfacere vtriq; offi-
 cio, sed vni rei vnum semper intẽtum esse oportere. Illud vero propter
 expianda piacula facere, quo enim frequentioribus esset peregrinatio-
 nibus afflictus & turbatus, eo feliciorẽ in cœlis quietem sibi prome-
 ruisset. Cui bono & castitatem à puero, vsque ad extremum spiritum,
 inuiolate seruauit, & vt fomitem concupiscentiæ domaret, à quo tem-
 pore nomen Theologi publice est adeptus, carnibus semper abstinent.
 Utque omnes concupiscentiæ neruos ex animo elideret, atque vsui
 carnium sibi interdiceret, iussit carnes sibi assatas, & statim ab igne da-
 re, quibus os vultumq; sibi calentibus percutiens & adurens, in talia,
 ad sui correctionem prorupisse traditur, carnes caro expetiisti cupi-
 da, vescere igitur illis feruentibus & ab igne. Atque simul dicto in O-
 rationem prouolutus, petit eiusmodi tentationibus liberari, quæ &
 pruritus libidinis ex se excitarent: exaudit usq; est suppetante Deipa-
 ra virgine, quæ cum puero dulcissimo Iesu comparens, seruum sibi can-
 didum, conseruatæ Virginitatis præmium, futuræque tesseram gloriæ
 porrexit, atque deinceps multoties, orantem in atrio Collegii, per ima-
 ginem allocuta est: quæ sacra imago in hodiernum quoque, eodem in
 loco asseruatur veneranda. Mendacium autem adeo abhorruit, vt &
 à prædonibus per viam spoliatus, veniam postularit, quod reconditio-
 re vestis in parte, nummorum oblitus, dixerit perterritus se plus pecu-
 niarum non habere. Ac proinde fugam properantes ultro ipse reuoca-
 uit, rogauitque vt asportarent & reliquum, modo se mendacii vellent
 excusatum habere, quod non ita cito timore excusso sese recollegisset.
 Mirati illi candorem viri sancti, & numine quodammodo inspirante
 perculsi, non modo pecuniam ablatam restituerunt, sed vitæ etiã emen-
 dationem prouoluti ad genua pollicentur. Domi in consultationibus
 publicis, inque tota conuersatione rectitudinis amās, semper illud tri-
 tum præ oculis habere solitus erat *Obsequium amicos, veritas odium parit.*
 Quam propter si quando dicto acerbiorẽ læsus ab aliquo fuerat, hæc
 secum cogitare tacitus consueuerat.

Contur-

Conturbare caue, non est placare suaue

Infamare caue, nam reuocare graue.

Quod symbolum & mensæ suæ, sedilibus, parietibus, atq; libris ad
extremum inscriptum habuerat. Que vero miracula in vita, aut defun-
ctus gesserit? hæc vide apud Petrum Scargam Soc. Iesu Theologum, in
vitis sanctorum, tum apud alios fide dignos viros. Scripta autem sua,
præcipue *Libros tres super Mattheum, & Sermonum librum vnum* commu-
nitas Academica in archiuo, tanquam thesaurum preciosissimum af-
feruat; simul & togam illius Philosophicam, quam indutus Artisticæ
facultatis Decanus (namque & Diuisipse dum viueret, ter istum ho-
notera gessit) singulis semestribus cōmutationibus, iuramētum suum
vniuersitati præstare solet, alius atque alius electus: quæ nihilominus
intam frequenti vsu illacera manet. Ipse morti vicinus, & iam in li-
mine Fati, nimio patriæ cælestis desiderio flagrans, in hæc prorupisse
verba dicitur *Heu mihi quæ incolatus meus prolongatus est.* atque simul dicto
reuertentem spiritum Christo seruatori suo commendauit. An. 1473.
Cuius corpus sacrum in D. Annæ Aedibus repositum, sexagesimo sexto
ab obitu suo anno, illæsum ac integrum stanneo capulo Iacobus Cle-
pardiensis Canonicus Crac. imposuit, ac tumulum marmore pulcher-
rimo exornauit. Quem cum anno tertio supra millesimum & sexcen-
tesimum aperuissent illi, quibus id negotii demandatum erat, mira ex-
templo flagrantia odoris prorupit, & vniuersam ædē impleuit suauita-
te olente adeo, vt multos in sui admirationem ac venerationem simul
raperet; atque in primis ipsum Cardinalem Macieouium, qui tum lan-
guidus ex morbo, voto ad Diui sepulchrum facto, pristinam sanita-
tem repente obtinuit, donaria obtulit, & Missæ sacrosancto sacrificio
ad illius altare peracto, inscribi calici, quem dedit, hoc factum iussit,
quod magnificauit Dominus facere cum illo, in rei perpetuam me-
moriam.

*Mos Acad.
Crac. in-
ligendo De-
cano Philo-
sophica fa-
cultatis.*

*In priuile-
gio Natiui-
tatis Do-
mini.*

IACOBI VITELLII.

Lucidum Musis decus atque sancta

Verus assertor probitatis olim

Quem Serenati tenet aula cæli

Inclite Canti.

Rebus afflictis Pater alme, Veni,

Sarmatum, quos ipse tua magistra

Voce formabas, in eos ab alto

Respice Olympo.

E 2

IACO-

XVII.

IACOBVS GORSCIVS.

CRassiore quamuis Masouiaë aere natus, à puero attamen ita mitioribus artibus imbutus, vt decimo septimo anno ætatis suæ, primam in Academia Crac. lauream meritissimo acceperit, addideritque nobilitati generis sui, etiam virtutis nobilitatem, sumptam à moribus & disciplina piorum doctorumq; virorum Academiaë illius. Cumque iis literis quibus omnis ætas ad humanitatem informari solet, esset institutus, in Græcisque laudabilem fecisset progressionem, sumpta magistrarii dignitate, ad publicam Iurisprudentiæ professionem, summa cum laude accessit, & Doctoris insignibus. Archipresbyterali que infula, tempore labente decoratus est. Quanti porro docendi prouinciam semper fecerit, ex eo certe apparet, quod lautioribus affluens fortunis, cum quietus iam viuere posset, cathedræ officio & publico docendi iuuentutem munere, se non abdicauit, ne ab honesto otio auocatus deesset per ætatem suam florenti iuuentuti, quam semel informandam suscepisset. Cumque pari fere laude in cognitione humani diuini que Iuris floretet, (quæ laus paucis, nostra ætate obtigit) quæsitam hanc in scholis doctrinam, vsu & exercitatione forensi sic confirmauit, vt ambigerent omnes, ad Gymnasiumue, an ad Forum, an vero ad Remp. magis foret idoneus. Fidem facient, elaborata illa *De Periculis*, *De Figuris*, *Deque generibus dicendi*, scripta à se edita. Ita quoque, *De vsu legitimo Eucharistiæ*. *De Pastore*. *De Baptismo Predestinatorum*. *Crusius seu animaduersio in Theologos Vittenbergenses*. *Premunitio aduersus insanum dogma Francken Arrianum*, & *aduersus eundem Apologeticus*. *Victoria Regis Stephani Commentaria artis Dialecticæ*. *Rhetorices & Orationes Prefationesq; in varios variarum scientiarum scriptores*, quibus nihil in eo genere, aut viu melius, aut doctrina perfectius inuenias. Addidit hisce, *Præstantissimorum virorum epistolas*, vltro citroque scriptas, *libris triginta comprehensas*. quibus præcipue Tomicii, Choieuii, atque Schidlouecii, clarissimorum in patria nostra virorum res gestas, consilia, & Senatus consulta, peruigili opera ab obliuione vindicauit, atque simul ipse clarus hinc euasit: vel ex eo non vulgaris scientiæ, aut iudicii æstimandus, qui altum & supra omnem vulgus Oratorem Ciceronem æstimaret, eius scriptis incumberet, doctos quo suis amaret, maxime Orechouium illum disertum, Demosthenem Latinum, ob egregiam dicendi libertatem appellatum, velut patrem ac præceptorem veneraretur; tum Melchiorem Pudlouium,

*In Decanatu Valenti-
ni de Rana.*

Ann. 1551.

*Extat dissertatio
pulcherrima Laurentij
Siradiensis super
hæc disputationem
Periodicam
Gorsij &
Herbesti
Academicorum,
Gracouien-
sium.
Extant prælectio-
nes eiusdẽ
Plocensis,
Cracouien-
ses Leopoli-
enses & A-
pologia pro
Academia
Cracou 67.*

uium, primo discipulum, post censorem scriptorum suorum. Defun-
cto curatores testamenti illustre monumentum in Basilica Cracouien.
posuere.

*Scrispsit in
Pudlouius
librum pro
Religione
ad Magi-
stratus Po-
lonia.*

R^{do} IACOBO GORSKI I.V.D. ARCHIDIA-
CONO GNESNEN. CANONICO ET AR-
CHIPRESBITERO CRAC. VNIVERSITA-
TIS PROFESSORI, PROCANCELLARIO-
QUE CELEBERRIMO, AC EIVSDEM O-
CTIES RECTORI DILIGENTISSIMO DI-
SCIPVLORVM COPIA CLARISS. SCRIP-
TORIQVE DISERTISS. AC PROPTER-
EA MAGNO REGI STEPHANO CHARIS-
SIMO TESTAMENTI CVRATORES ET
AMICI PRECATI REQUIEM AETERNAM,
HOC MONVMENTVM POSVERVNT
DEFVNCTO. ANNO MDLXXXV. XVII.
Iunii.

IACOBI VITELLII.

*Non plus disertus, per Latium Arpinas
Lingua potenti, Rex fori & arbiter
Regnabat in Rostris, foroq;
Prasidium Patriae reisq;
Quantum erudito Gorscius ex stylo.
Suauiq; Musa, nomen & inclytam
Inusitata laude famam
Posteritatem apud omnem habebit.*

NICOLAI ZORAVII.

*Rhetora si spectes Gorski Fabius fuit alter,
Quod si ius geminum, Bartholus alter erat.*

HIERONYMVS POVODOVIVS.

XVIII.

CAnonicus & Archipresbyter Cracouiensis, nobilibus ortus pa-
rentibus varia eruditione, & iudicii acumine inter doctos sui æui
viros inclaruit, domique primum liberalibus ac Philosophicis disci-
plinis imbutus, in Italiam sese ingenio excolendo contulit, & cum ali-
is doctissimis præceptoribus vsus est, tum Hannibale Roselio FF. Min.

E 3

de Obser.

Hannibal
lis in Tris-
megistum
Tomi sunt
XIII. nu-
mero.

de Obser. Professo, & ad S. Bernardinum Cracouia, studii Regente, quem ita coluit ob ingenii præstantiam & amauit, ut omnes eius in Mercurium Trismegistum Tomos ingenti sumptu & cura, additis etiam suis præfationibus, in lucem daret. Ipse imitatus eum in scribendo, disputando, illustrandoque obscuriores Bibliorum scripturas. Et cum passim videamus eos qui in sapientiæ studiis, atque in cælestium ac diuinarum rerum inuestigatione excellant, ad res publicas ciuilesq; tractandas minus aptos esse; vtramq; laudem Hieronymus noster felici ac in omnes partes facili ingenio suo adeptus est, ut qui Secretarii Regii titulo decoratus, & in aula multa negotia strenue peregit, & in Ecclesia Dei, zelo pietatis ductus magno cum tædio & labore, *libros Ecclesiasticos ad cantum & administrationem sacramentorum spectantes, quos vulgo Agenda dicimus*, iussu Cardinalis Radiuilli, atque Synodus prouincialis Petricouiensis reformauit. Erat enim vir Presbyteratu certe insignis, & cui ad egregiam doctrinam, & præstantem sacrarum rerum scientiam, miram natura addiderat eloquentiam. Celebris enim nominis Ecclesiastes fuit, & qui suauiquadam & ornata, eademque graui orationis copia, & ad mouendum in primis apta, non modo vulgus & cæctus hominum teneret, atque ad officium compelleret, sed doctissimorum quoque aures mirifice impleret. Pro rudiorum autem informatione scripsit *Cathechismum Polonicum. Indicem Bibliorum, Liturgiam. De B. M. Czesstochouien. De sacramento Eucharistia Posnania inuento. De sancto Cazimiro. Præcationes annuas. Sermones in obitum Regis Stephani, aliq; minutiora vernacule. Latine vero. Disputationes in Smiglenses Hereticos & contra Arrianos. Instructionem Confessariorum. Doctrinam circa agonizantes. Manuale Sacramentorum Frenum in Hereticos Sermones de Sacrdotali dignitate. De cæna Domini. De Resurrectione & Christologiam. Reliquit vero inter alia manuscripta Sermones de Dominicis deq; sanctis per annum. De B. Virgine, De So'ennitatum Ecclesie ceremonijs, deq; varis ritibus Catholicorum quæ ipse olim omnia ad populum ex ambona recitauerat, verum ita incuria executorum distracta à morte, ut nusquam ex integro sperem ea lucem videre. Similiter Chemicæ artis Notas, nam & huius peritus erat. Naturæ senex concessit Anno Christi 1613. sibi quidem suo tempore, Reip. vero litterariæ, Ecclesiæq; Dei laboranti, ac suæ in primis vrbi Crac. nimis præpropere, conditusq; est in Æde B. M. virginis in circulo Crac. quam multo tempore, vigili Archiepiscopi cura, subditorum salutis incumbendo rexit, oracibusq; etis fastis magnifice Odeium exornauit, atque tabulis testamenti, ut & alijs eplis, plurima à morte legauit.*

IACO-

IACOBI VITELLII.

*Magnus ab ingeni, maior prudentia, ab ipsis
Maximus est scriptis quoque Poniouius.*

IOANNES SAMOSCIVS.

XIX.

Magnus exercituum Generalis & Regni Cancellarius, arx & mu-
sus Regum Poloniae, Princeps ac culmen Senatus, custos legum,
defensor libertatum, lumen ac decus civium, commune perfugium
bonorum, fulmen bellorum, terror hostium, deliciae litterarum ac lit-
teratorum. Natus is patre Stanislao Castellano Chelmense, viro per
multa militiae decora claro, & Regni Senatore amplissimo. Primae lit-
teraturae puerilis praecptore vsu Alberto Ostrowski gymnasiarcha
Crasnostauensi: ubi cum celeriter aequales ingeni gloria superas-
set, in Gallias se contulit, ad fontes ipsos ingeniorum, & duces sibi e-
legit in his studiis, quibus animus ad humanitatem informari de-
bet, Adrianum Turnebum ac Dionysium Lambinum, Iacobum ve-
ro Carpentarium in Philosophia, Petrum à Penna in Mathematicis
scientiis praecptorem sumpsit, sub quibus, in tantum deinde profe-
cerat, ut Philosophiae tam plane gnarus esset, quam Plato: Geometer,
quasi Boetius: in numeris, Macrobio similis: in dicendo, alter De-
mosthenes: agriculturam, quasi Virgilius nouit: in Politicis vero ipsi
stagyreo par uisus: in bellis gerendis, Iulio Caesari. Dederat quoq; ope-
ram & Iuri, sed iam in Italia, atque in vrbe eruditissimis hominibus,
studiisque affluente Patauina, ubi & Rector Academiae, omnium vna-
nimi consensu creatus, & munere ingenti cum laude perfunctus, *Libros*
de Senatu Romano, multa lectione & eruditione refertos edidit: tum *de*
perfecto Senatore Syntagma, sic accurate confectum, ut ad veterum et-
iam scriptorum laudem perueniret. Similiter opus Legum & institu-
tionum Academiae Patauinae, quod antea indigestum & plane negle-
ctum erat, diligentissime ipse reuidit, concinnauit, ordinauit. Extat
& *Oratio eius longe disertissima* quam habuit ad Henricum Valesium,
cum legatus à Republic. cum aliis duodecim viris Senatorii Ordini-
nis, missus, ipsum ad Regnum Poloniae capiendum inuitaret. In o-
mni autem Philosophia, tam à Graecis, quam à Latinis conscripta, et-
iam in senectute, diuinorum quam Themistocleam memoriam ha-
buit, ut saepenumero ipsos etiam artium Professores Academiae suae, ob
ingenii

*Praepto-
res Samo-
scij.*

*Academiae
in paterno
suo solo co-
didit.*

ingenii sublimitatem in admirationem, & prope stuporem raperet, qui assidue in libris habitantes, nocturna atque diurna manu, scripta doctorum versabant. Iam autem quantus vir bello fuerit? Vide Historicos, Poetas, Oratores, tum gentilicios, tum extraneos quoque, Opmeerum, Bielscium, Bzouium, Michaelem ab Isselc, Mercurium Galobelgicum, atque alios infinitos: sed maxime Simonem Simonidem, atque Adamum Bursium, illum, vatem præstantissimum, hunc Oratorem, qui sui alumni & commessales præne, non fortia sua facta modo, sed dicta etiam prudenter edicta, atque omnia corporis ac animi delineamenta aut qualitates, exquisitissime cōnotarunt. Ego hic vnicum addam, quod vir in omnia prudens, etiam & in mortem fuerit, funerisque ipse sui cantator: & quam ab animo alto & Christiano; vide

IOANNES SAMOSCIUS.

QVICQVID MORTALE HABVIT. HIC DE-
PONI IVSSIT.

Quare, & ex huius vitæ statione euocari se ab illo summo omnium Imperatore sentiens, sacris se Christianis deuotissime armavit, magnoque & inuictio, vti semper fuit, animo, inter sermones, de æterna illa beatitudine, de præmiis bonorum, obdormiuit Anno 1605. exantlatis sexaginta trium annorum vitæ suæ laboribus, relictoque filio Thoma duodecennali, ex illustri & lectissima coniuge Barbara Comite à Tarnow, qui patris nunc spiritus, ac vere Sarmaticos gerens, vbiq; se intrepidum hosti, pro patriæ libertate opponit: & in Senatum à Rege Sigismundo III. vocatus, titulo Palatini Chiouiensis, non solum ore Magnum illum patrem suum refert, sed etiam indole & ingenio, mirifica memoriæ capacitate, intelligendi acumine, res administrandi auctoritate & solertia tali, vt illi pater non solum patrimonium, sed etiam gloriam hæreditate reliquisse videatur.

VITELLI.

Documenta non tanta Ilio, sua dedit

Pollentis Hæctor dextera

Cum Danaûm opes, virosq; fortes, vt gregem

Imbellem ager: t atque vreret

Et velut abeneus foret Teucrorum obex

Contra furorem Achilleum

Vt auo in omni non tacendus gentibus

Sarmaticus ille Scipio

Samoscius

SCRIPTORVM POLONICORVM.

41

*Zamoscius, Septentrionem qua patet
Lustravit in victoriis.*

STANISLAI STOSLAVII.

*Certa Senatorum Zamoscius vrbe Quiritum
Que fuit in libro formaq; mosq; docet.
Perf. etiq; alio qua sit perf. etio ciuis
Quisue boni libro nomine dignus ait.
Dum victo toties Zamoscius hoste triumphat,
Laudem Romulidis possit et ille parem,
Consiliisq; suam patriam dum pacis obarmat,
Vera Senatoris forma sit ipse boni.
Quod docet in libris exemplo comprobat in se,
Et pene est libris factus imago suis.*

LVCAS GORNICIVS.

XX.

PRæfectus Ticocinensis, Græcarum pariter ac Latinarum litterarum peritus, variisque in Academiis, in Philosophiæ ac Iurisprudentiæ studio magna cum cura exercitatus; adhæc, diuersarum linguarum & Historiarum peritus, insignem operam atque industriam, in iudiciis commissæ sibi Prouinciæ rite peragendis, collocavit, eisque ex æquo & iusto administrandis, clarus inter ciues Iustitiæ mystes, extitit; quamquam ab eloquentia magis, grauique genere dicendi innotuerit, quam sibi ex assidua Senecæ lectione comparauerat, ad cuius imitationem *Librum de Beneficijs* conscripserat; opus mehercle pulcherrimum, & ad veterum scriptorum inuidiam. Similiter *libros Dialogorum, Aulicum & Rhetoricam Polonicam*. Nec sane immerito, ei etenim qui ad clauum positus est, necessaria est omnino, iuxta Ciceronis sententiam, oratio & sapientia, qua regat populos, qua stabiliat leges, qua castiget improbos, qua tueatur bonos, qua laudet claros, qua in exemplum proponat iustos viros, qua præcepta laudis & salutis apte ad persuadendum edat suis ciuibus, qua horretur ad decus, reuocet à flagitio, consoletur afflictos, facta & consulta sapietum, fortium ac iustorum, cum improberam ignominia, nisi resipiscant, prodar aetorum sempiternis monumentis. Fecit singula hæc, & habuit in vsu frequenti Gornicius noster, & eloquentia ei non ad gloriam in vita comparandam solum, sed ad famam etiam defuncti augendam profuit. Qui idem, versibus etiam

*Eloquentia
positis in
Magistra-
tu summe
necessaria.*

F plera-

pleraque pangebatur, iis honis quibus à publicis negotiis, ac ciuilibus iuris studio, feriari sibi ac veluti respirare liceret.

IACOBI VITELLII.

*Gornicius facundus erat quando ipse doceret
Qua ratione foret lingua diserta Lechu.*

IOANNES HERBORTVS.

XXI.
*Secretarius
primo Re-
giius & Ter-
ra Præmis-
lien. Succa-
merarius e-
rat, postea
Præfectus
Præmislien-
& Castel-
lanus Sano-
censis.
Habuit &
alterum
fratrem
præter Epi-
scopum, qui
Castella-
nus Leopo-
liensis fuit.
Herbortus
eloquentia
& Magna
nimitas ad
nata vi-
dentur.*

Castellanus Sanocensis, cognomen Mediatoris Præmisliensis ob-
tinuerat, quod inter discordes terræ illius ciues, offensas compo-
nere fuerit solitus: vterinus frater Valentini Episcopi Præmisliensis, al-
lius qui ad sacrum Tridentinum Concilium, in quod ipsos omni do-
ctrinæ & sapientiæ Antistites tota Europa magna celebritate conflu-
xisse scimus, à Rege Sigismundo I. Orator missus fuit. Quo cum Ioan-
nes adolescentulus in Belgium à parentibus missus, humanarum litte-
rarum cognitionem breui affecutus, & in Philosophicis disciplinis Lo-
uanii in Gymnasio Porcensi pari felicitate animum imbuit; lustratisq;
Galliæ ac Germaniæ Academiis, disertus & prudens in patriam rediit,
vt & singuli fere de stirpe Herbortorum assolent, qui simul & bellato-
res acerrimi fiunt; licet non pro voto felices. Et Ioannes sane, per mul-
ta militiæ decora clarus, ad Senatoriam dignitatem ab Augusto Rege
meritissimo euectus, ingentem sibi famam, etiam legationibus variis
pro patria obitis comparauerat, sed præcipue illa cum Io. Samoscio, a-
liisq; Senatorii Ordinis viris ad Henricum Regem in Gallias, vbi iam
antea ingens sibi nomen pepererat, editis *Annalibus gentis suæ: tum statutis
legibusq; patriis in vnum volumen post Io. Lasium, congestis.* Scripsit & *Oratio-
nem in obitum fratris sui Valentini,* tanta grauitate stili, & dispositione ar-
gumentorum, vt vel hinc sua eloquentia, à diserto illo Orechouio, plu-
rimè æstimaretur, & Regni Senatus Vniuersus, haud asperraretur Col-
legæ sui in maximis etiam rebus sententiam. Et hinc prouerbum illud
in Polonia. Herborti, consilio Duces Ostrogii opibus valent.

VITELLII.

Beata ciuitas vbi ciues sui

In arduis rebus valent.

Vt ingenij sic viribus opulentia.

Stabilire pacem Patria.

Talis

*Talis erat Herbortus, domus gloria sua
Istius & imperij decus.*

FOELIX HERBORTVS.

XXII.

IOannis F. omni fere doctrina liberali imbutus, Oratoria potissimum excelluit, vt non modo inter Premisliensis terræ apices ponendus videatur, sed inter totius Roxolaniæ primates, si rebus bellicis tam fælix, quam ingenio fuisset. Nec illi defuere opes, rei que militaris peritia, imo & corporis vires, & certe maiores, quam ex mediocri statura quisquam æstimasset. Sed fortuna fallax, quæ omnium conatus euertere solet, haud voluit obsecundare ausis suis: eratque peculiare fere, dixerim & Fatale, Herbortis pro patria in acie mori, vt compluribus exemplis inductis Orechouius probat, solus Fœlix ea parte infelix fuit, quod parto bellis externis lōge clarissimo nomine, domesticis tumultibus illud aliquantum obscurauerit, belloq; ciuili inferior, amissis aliquot militum turmis, bis ipse captus ab aduersariis fuerit. Dimissus tamen facile, tum propter familiæ celebritatem, tum propter proprias ingenii dotes, quibus inter Dynastas Russiæ, & quietis & turbidis rebus, lōge semper claruit. Antiquitatis adeo studiosus fuit, vt quicquid modo temporis diuturnitate obscurum haberetur, & dignum visu, id ille totum ipse oculis lustrare, scriptis illustrare, & eloquii sui splendore perpolire voluit. Ac proinde veterem illum rerum Polonicarū scriptorem *Cadlubkum Episcopum Crac. è puluere erutum, notis & sententiis grauissimis exornauit.* Commentarios Orechouii de rebus Sigismundi I. & Augusti F. posthumos luce donauit. Similiter vitam Petri Kmitæ Palatini Crac. atque Annales primarii apud nos Historiographi Io. Dlugoffi. Scripsit & *Artem Dobromiliam, seu iuuentutis Polonæ institutionem* idq; lingua Polonica, quam ab arce sua Dobromilia sic appellare voluit. Item *tres Declamationes oratorias*, cum adhuc literis Lutetiæ Parisiorum operam daret, tum syntegmata diuersa Roberto Turnero Ingolstadii informante, quæ postea vir, domi alias in formas transcripsit, sed morte præuentus in lucem dare haud potuit.

*Fatum
Herbortis
domus in
libris Dia-
logorum.*

VITELLII.

*Tam fælix lituisq; literisq;
Herbortus fuit ex vtroque clarus
Fælix merito vt teneret, illud
Augustæ domus vt monile nomen.*

F 2

MICHAEL

MICHAELIS GRODZICKI.

Doctrina Pallas, muniuit robore Maiores,

Herbortum fausto nomine ceca Dea.

Sed tamen ô felix longe felicior esses,

Si Dea rem potius nominis illa daret.

IOANNES COCHANOVIVS.

XXIII.

Gente Coruinus, patre Petro, qui Terrestris (vt vocant) Iudicis officio in Palatinatu Sendomiriensi fungebatur: matre Anna de Biaczow Odrowazowna, spectatae pudicitiae, prisci que moris femina, Siczynae, in villa paterna natus est, anno reparatae salutis 15, 2. Post patris obitum, quem puer amisit, in seuerissima matris disciplina, vna cum quinque fratribus educatus, cum prima litterarum rudimenta, insigni cum profectu in patria deposuisset, miro comparandae, eruditionis flagrans desiderio, in Germaniam primo, deinde Lutetiam Parisiorum se contulit. Vbi cum Philosophiae, Historiae, linguarum cognitioni, studioque Poetico, ad quod à natura totus ferebatur, & id genus elegantioribus litteris, septennium fere impendisset, in Italiam transiit. Quam cum totam lustrasset, Romae atque Patavii, aliquot annis substitit, virorum doctorum, quorum illic magna tunc erat copia, praesertim vero Robertelli atque Manutii conuersatione illectus. Atque ibi prima illi cum Io. Samoscio, Andrea Patricio, Stanislao Fogeluedrio, Luca Gornicio, viris eruditissimis contracta amicitia, qui poetica illa eius vbertate mirifice capiebantur, & velut Christianum Apollinem in Martiali nostra Sarmatia, omine quodam natum, suspiciebant. Reuersum in patriam Philippus Padneuius, qui Episcopus Cracouien. Cancellarii quoque munus obibat, sola fama notum ad aulam Regiam accersiuit: & delectatus amœno, atque eleganti hominis ingenio, cum genus etiam Latinae scriptionis, quo non publica modo, sed priuata etiam tunc tractabantur negotia, probauisset, Regi Augusto commendauit, & in album secretariorum referri curauit. Quo in officio, cum ad particulares Nobilitatis conuentus, tum ad externos Principes saepius legationes obiuit. Multa deinde Padneuius cura, vt ad sacerdotale officium eum pertraheret, sed frustra. Vir enim, omnis proterus ambitionis expers, & liberiori ingenio praeditus, quod seueritati sacerdotali, cui forte impar erat, simulare vero eam nefas ducebat, cum moribus

*Olim maximus fuit
Lingua Latina in Polonia
usus. Sed nunc iam
non item. antea enim
rei familiaris &
conomi regestra
causasq; non
nisi Latine
scribere solebant,
aliter à seruitis
excludantur.*

moribus aulicis parum belle conuenire animaduertent, ideoq; potior sibi conscientia quam rei familiaris augenda, parandaque dignitatis rationem habendam existimaret, quietam vitam, litterarumque otium facile purpuris atque infulis anteponebat. Non destitit tamen Petrus Miscoius, qui Padneuo successerat, sed validioribus iam machinis, idem vrgeret propositum. Præpositura enim Posnanien. satis lautus redditus, quam ipsemet obtinebat, illi cessit & alia quædam beneficia, à liberalitate Regia impetrauit. Quæ, vt patrono de se optime merito morem gereret, acceptauit ille quidem, vt tamen sacris initiaretur, adduci nunquam potuit. Cæterum postquam Miscoius ad tranquillioram vitam in Episcopatu agendam, ab aula se subduxit: licet Rex Stephanus, stipendio mille ducentorum florenorum in Regia retinere eum percuperet, tempus venisse ratus, quo non alieno arbitrio, sed suo iam genio obsecundaret, & sacerdotiorum molestiis, quæ inuito obtrudebantur (iam enim Sieciechouenses quoque, curante Io. Samoscio, ad nominationem Regiam, in Abbatem eum postulauerant) animum exolueret, Czarnolassium rus paternum rediit: nihilque cunctatus, dimissis beneficiis Ecclesiasticis, vxorem ex nobili Podlodouiorum familia duxit. Quod vbi Samoscio compertum, nolens hominem, quem summa complectebatur beneuolentia, in tenebris vitæ priuatæ delitescere, Castellani (vt vocant) Polaceni dignitatem, à Rege Stephano impetratam, diplomate Regio transmissa, illi obtulit. Quam tamen ille, vtrique pro egregia in se voluntate actis gratiis, ab omni ambitione longe remotus, acceptare recusauit: præfatus, sua se mediocritate contentum, sumptuosum illum, & decoctorem Castellani, in villam ædesque paternas non admissurum, qui omnia, quæcunque Cochanouius sibi parasset, absque vilo respectu, per factum atque ambitionem esset absumpturus. Et hæc quidem ille præferebat, vera tamen obfirmati animi causa fuit, perpetuum vitæ tranquillæ, literariique otii dulcedo. Quod vel hinc liquet, quod repudiata dignitate Senatoria, equestrem tamen, Sendomiriensem nimirum Tribunatum, non asperratus est: nullam aliam ob rationem, nisi quod Tribuni, sub tempus expeditionis bellicæ, à cæteris militiæ oneribus immunes, arcem tantum asseruandarum domi curam gerunt. Hoc igitur pacto priuatæ vitæ, quam ardentissime semper concupiuerat, redditus, ad studium Poeticæ, quo naturalis impetus eum inuitabat, animum appulit. Et in patrio quidem sermone ita excelluit, vt hactenus neque parem, neque secundum habuerit, primusque rem nullis

*Officium
Tribunorum in Polonia.*

Frater ve-
ro suus Æ-
neida Vir-
giliij. Rotu-
las seu Can-
tica de vir-
tutibus
scripsit.
Alter ve-
ro, Petrus
Cochano-
uius Gott-
fredam seu
expugna-
tionē He-
rosolyma.

antea calcatam vestigiis aggressus ostenderit, venustatem atque leporem, quo ceteræ cultiores se iactant, nostræ quoque linguæ minime deesse, qua descripsit Psalterium Dauidicum. Phænomena, Latrunculos, Aphægmata, Satyram, Threnos, Epigrammata, Cantilenas, Epithalamia, Iocos, Epithaphia, & id genus alia. Latinis vero poematibus pangendis, ad veteres illos, qui terrioris notæ gloriam consequuti sunt, quam proximè accesserit, reliquitque M. T. Cic. Aratum, Orpheum Sarmaticum, liberos Elgiarum, Epithalamiorum, Lyricorum, Ericeutorum & Carmen de expugnatione Polioitei. Hoc in genere vitæ, sex filiabus, filioque posthumo, ex vxore susceptis, cum omnibus tam publicis, quam rei familiaris molestiis ablegatis suauissime vixisset, summorumque in Republ. virorum amicitia florisset: Lublini, Iacobi Podlodouii, contra ius gentium à Turcis interfecti, causam apud Regem Stephanum amicorum nomine acturus, non sine magno omnium dolore, apoplexia extinctus est. Anno ætatis suæ 52. Tumulatus in municipio Suolenensi, in paterno gentiliorumque suorum sepulchro.

IACOBI VITELLII.

Postquam iniquis cecidit ab inde Fatis
Ille Musarum pater atque custos
Ille iucundus bonæ amœnitatis

Dux Kochanovvski;

Tunc ferunt doctas lachrimasse Musas
Ipsam & atratum sua sinistra Phœbum
Flebili dextrâ prope triste bustum
Comminuisse.

Eruditorum Cochanoui honore, &

Gloriâ tanto vnicus antecellis

Fontibus Graiis Latijsq; quanto

Amplius hausti.

STANISLAI STOSLAVII.

Magne Cochanoui vates, & maxime vatum
Quos tulit & quondam terra Polona feret.

Sarmaticæ potius celebrent tua gesta Camæna

Non nisi Diuarum sunt celebranda metro:

Quod si forte tui iam oblita est Musa laboris

Te tua post mortem lingua liberq; canet.

MAT.

MATTHÆVS PISCOREVIUS.

XXIV.

Quidni Piscoreuium cæteris illustribus annumerem, qui soluta pariter ac ligata Oratione pollens, patrii Iuris, diuersarumque gentium morum peritissimus fuit, atque eo nomine Principibus in Rep. viris, & in his, Io. Samoscio harum artium non ignaro, in primis gratus, etiam Regi Augusto fama notissimus, in cuius obitum *scripsit funebrem Panegyrim*, longe disertissimã. Et à turbulentis Bellonæ castris, ad blanda quietaque Musarum otia conuertens, pleraque Latina per otium vernacula reddidit, tum *in Nuptias quoque Io. Samoscij Panegyrim gratulatoriam* edidit. Addidit & *Oeconomicorum libellum*, egregium ingenii & stili sui monumentum; atque demum *Eunebrem laudationem Serenissima Anna Jagellonia Polonia Sueciæq; Regina*. Familiars habuit Io. Laficium atque Io. Crasinium, quorum alter *scripsit ingressum Polonorum in Valachiam, & cladem Dantiscanam*; alter vero *Poloniam & belli Liuonici, atq; Ducis Moschouia contra Liuones Commentarios*.

IACOBI VITELLI.

Tanto illustrior est domus
 Quanto stemmatibus suis
 Quasitam artibus optimis
 Gloriam adauxit.
 Sic Piscoreuius, suo
 Insignis genere, efficit
 (Hac re illustrior vt foret)
 Paginam vtramque.

IOANNES LEOPOLIENSIS.

XXV.

Dvos nobis eius nominis fortissimos in Hereses Athletas, vrbs Leopoli edidit, Academia Cracouiensis educauit; ætate quamuis dispares, at virtute & doctrina pares, professionisq; & ingenii similitudine coniunctos, atque ideo sub vnum, quod aiunt, myconem includendos. Et prior quidem, tempore paulo antiquior ad Ædem B. M. Virginis in Circulo Cracou. Concionator fuit. Posterior, Cathedralis ibidem Ecclesiæ Ecclesiastes: ite *viuifica passionis Ch. isti Historicam explanationem, cum doctissima applicatione ad Sacrificium vtriusq; testamenti*, edidit: ille,

Erat & tertius Io. Leopolien. Professor in Acad Cra. postea Archiepresbyter Crac. cui itidem Bibliorum Polonica lingua interpretationem ascribunt.

ille, primus sacra Biblia vernaculo sermone reddidit: vterque vero in Acad. Crac. S. T. D. & Professor, vterq; S. Floriani Canonicus, & in insectandis atque exagitandis perpetuo Hæreticis acerrimus fuit; & quod maiore admiratione dignum est, vterque ea in animis hominum permouendis facultate, vt nemo temporibus illis, maiorem audientium coronam cogeret. Alterum Canonici Cracouientes, alterum Ciues his versibus celebrarunt.

*Hoc tumulo moriens poni sua membra Ioannes
Iussit, patria cui terra Leonis erat.
Eloquioq; potens vigilans & pastor ouilis
Nam docuit ciues iura sacrata Dei.
Moribus ac vitæ cursu su. uissimus omni,
Gratus erat populo principibusq; uiris:
Hæreticam pestem dum fortibus opprimit armis
In medio cursu morte peremptus obit.
Viuat in arce poli diuorum limine sacro
Inter conuiuas Angelicosq; choros.*

Et merito sane: postquam enim intellexit sibi de vita esse migrandum, sollicitus de salute hominum, quos iam doctrina instruere non potuit, exemplo suo moriens ad obedientiam Ecclesiæ adducere conatus est. Conuocato itaque populo die sacro per omnia templa voce Concionatorum in maius Collegium ad horam præstitutam, iubet se efferri in aream Collegii, & cygnea voce adhortatus populum ad Religionem Romanæ Ecclesiæ pure & sancte retinendam, inspectantibus omnibus, viaticum sibi specie sub vna dari postulauit, vt auditores suos de veritate corporis Christi, & de usu sacramenti sub vna specie, & vocis confessione, & facto suo confirmaret.

IACOBI VITELLII.

*Tam fecunda Leopoldis ingeniisq; uirisq;
Martigenis quantum Sparta ferax fuerat.
Quin plus, cum Scythicos ferit Hæreticosq; furores,
Parsq; armorumq; artibus ipsa potens.*

MARTINVS DE ILKVS.

XXIV.

Quinque à Cracouia milliaribus, in illustri fodinis argenteis oppido, Ilkus dicto, natus, cognomentum ab eo sumpsit, Matthiaque Coruino

Coruino Hungariæ Rege, litteras præmiis & honoribus excitante, *Rex Mathias Hung.* magnis propositis præmiis ex Acad. Crac. euocatus, Regius in Aula *litteratos* Mathematicus salutatus fuit, & tandem virtutis ergo pietatisue, *alebat plurimos.* Parochi in vrbe Regia Buda titulo auctus, inter primos, Mathematicum disciplinas in Europa iacentes, politioris doctrinæ luce illustravit: *primusq; Almanach atq; Ephemerides fecit.* Tunc *Tractatum de Correctione Calendarij, a que Tabulas resolutas ad Meridianum Crac.* Quo cum magnum sibi nomen atque Academiæ apud inclytum Regem peperisset, facile obtinuit, vt instrumenta sua Rex Mathematica, perpetuum ad posteros monumentum, Academiæ Crac. donaret, quæ hucusque in Bibliotheca diligentissime asseruantur. Ex eius disciplina prodiit Adamus Suiński celebris Mathematicus, qui itidem *scripsit Theoriam Calendarij, & alia.*

IACOBI VITELLII.

*Syracusarum victor ille Marcellus
Ardore belli medio in arte præstantem
Miratus Archimedes, at ex furore hostis
Seruare nescit. Sed ampliore æuum
Per omne ferretur celebritate, ille
Coruinus, imperij sui potens scutum,
Pulcherrimum Matheseos decus, magna
Laus saculo hoc. spes raraq; eruditorum.*

CLEMENS IOANNICIVS.

XXVII.

O B insignem eruditionem, blandamque ingenii comitatem, excellentibus in Europa doctrina viris, summaque dignitate in Polonia præditis, in primis carus, in his autem Andreæ Cricio Gnesnen. Ecclesiæ Metropolitanæ, ac Regni primati. Ioanniq; Dantisco, Varmiensi, atque Tidemanno Gifio, Culmensi, Antistitibus, summis æui sui Poetis: Sed præcipue Palatino Cracouiensi Petro Kmithæ, cuius fauore & studia sua fouebantur, & poetica sibi laurea à Maximil. I. Imp. honorificentissimo cum Elogio obuenerit: & cui demum ille *Vitas Regum Poloniae carmine, Elegiaco scripsit.* Item Tristium libros, Arithmeticam, Elegias, Epigrammata variaque Poemata inscripsit, symbolum gratitudinis; continuisque laboribus (nam & iussu Cricii Archiepiscopi *Vitas Archiepiscoporum Gnesnensium scripserat*) culmen solidæ eruditionis attigit, at-

Scripsit & Christophorus Concki Vitas Archiepiscoporum Gnesnen. & Episcoporum Crac,

G

git, at-

git, atque in Græcis ac Latinis ad summam laudem peruenit, ut doctrina ætatem tranſierit.

VITELLI.

*Illias insignem bello narrauit Achillem,
Reges Sarmaticos, scripta Ioannicij.*

ZORAVII.

*Versibus expreſſit Regum Ianicius acta
Solus Rex fieri dignus ob ingenium.*

XXVIII.

ANTONIUS ANAPACHANIE.

*Anapachanie
sanctitas
miraculo
comprobata.*

Sigismundi Augusti Regis Poloniae Ecclesiastes, & in Acad. Crac. celeberrimus Professor, Canonicusque S. Floriani, tanta innocentiae sanctitatisque opinione, Theologica laurea donatus, perſtitit, ut eius videndi audiendique gratia, è remotioribus etiam locis, dum concionaturus eſſet, concursus fierent. Quique idem ad beatam vitam translatus ab aliquot annis, Rocho Poſnaniensi, viro itidem innocentissimo, nunciis felicis transitus ad vitam, luce candidus totus apparuit, illumque nullo morbi languore vexatum extemplo secum euocauit, ut sacro codice, quem tum forte fortuna legebat, in mensa posito, spiritum Deo cominèdaret, flexis in medio hypocauſto genibus, puero tantum qui ab obsequiis & seruitio fuerat, hæc vidente, stupente, & mox præ timore fugiente, Antonius igitur dum in viuis adhuc eſſet, inter primos, qui gladium spiritus, in voluptuariam Lutheri apostatae sectam editis libris strinxerunt, *scripsit locos communes Fidei Catholicae*, (discipulus vero suus Nicolaus Vilkouicius Pauli Primi Eremitæ in claro monte Czeſtochouiensi Professor, *Postillæ imper Dominicas & Festa*) quibus nihil ad homines à cæcitate & erroribus erroneis illius Wirtembergici abducendos, atque ad Romanæ Ecclesiæ Orthodoxam Doctrinam amplectendam inueniri potest ardentius, prudentius, efficacius. Moritur vir sanctus Crac. in statione Academica. Anno ætatis quarto & sexagesimo Idib. Feb. CIO. IO. LXII.

IACOBI VITELLI.

*Sanctis Deorum cum receptus sedibus
Antonius foret, quasi
Clarissimo vidit theatro, qua fide
Duntaxat apprehendens, suis*

Narra-

Narrabat audientibus, Quam ingentia
Paria laboris munera.

ALBERTVS NOVICAMPIANVS.

XXIX.

Non Philosophiæ modo, sed & Theologiæ lucubrationes Alberti Erat & al-
Novicampiani nomen illustant, vt Io. Sigismundi, Ioannis Hun- ter Alber-
gariæ Regis F. (à Sigis. Augusto inclyto Poloniæ Rege, auunculo suo in tus Noui-
Pannoniam missum) exemplo non monitis tantû præceptorem agno- campianus
scere possis, qui sacra laurea in Acad. Crac. insignitus, tum Concionan- Med. Do-
do ad populum, tum pangendo carmina domi, scribendoq; Orationes ctor, qui de
ad Proceres & populum Hungariæ clarus extitit: quarum vna teritur fabricatio-
passim doctorum virorum manibus. *De corruptis huius seculi moribus,* ne hominis
variisq; ac turbulentis in Religione Christiana doctrinis: quidue in his pio homini scripsit, De
agendum sit, prudentissime conscripta. Altera deinde, de duabus personis, Ac. etibus,
quibus regitur mundus, spirituali videlicet ac Regia, tum quæ illarum officia sint: De forma-
& de aliis non paucis, de quibus hoc seculo plurimi inter se contendunt, digladian- tione factus
turq; non sine magno Christiana Reip. malo. Præterea scripsit Scopum Biblicum dissertatio-
in quo summam doctrinæ christianæ præscripsit. Item Apologiam pro Ca- nem. De q;
thol ca fide, & doctrina de veritate corporis Christi Iesu in Eucharistia, de cæterisq; laudibus
sacramentis: Lurgia irem seu Missæ sacrificio, ac alijs fere omnibus, quæ hoc seculo Physices O-
controuertuntur, scripsissetq; multo plura, ni præmatura morte abreptus rationem.
fuiisset, quæ eum Anno à redempto mundo 1558. sustulit nobis. Cui Ni-
colaus Bodzentiuius inter alia huiusmodi carmen subscripsit.

Alcid. s quondam summos accepit honores

Dum leuat à seuis secula prisca feris.

Albertus referat mentis nunc præmia grata

Quod patrum forti dogmata fulcit ope:

Benedictus vero Herbestus, eiusmodi versiculos lusit,

Qui legitis nitidos puro de gramine flores

Carpite de campo lilia sacra nouo.

Humatus in Æde SS. Trinit. Crac. ad eam columnam, qua ful-
citur vestibulum sepulchri S. Hyacinthi, cum tali
epigraphe.

ALBERTO NOVICAMPIANO DOCTRI-
NA ET INTEGRITATE CONSPICVO.

G 2

PRO-

PROFESSORI PVBLIC. AC PRÆCEPTO-
RI ILLVSTRISS. IOANNIS SIGISMVN-
DI REGIS VNGARIÆ DESIGNATI FAMI-
LIARES MOESTI POSVERVNT.

Mortuus anno MDLVIII, ætatis vero suæ L.

VITELLI.

*Qualiter cum veris honore primo
Prata collucet & amœnum adhalint
Flosculis, tali Nouicampianus
Fragrat odore
Multa librorum monumenta, ab ipso
Gnauiter, magno ingenioq; scripta
Quis foret qualisue palam fatentur
Perpetuo eno.*

MATTHIAS STRICOVIVS.

XXX.

Latinis & Græcis non infeliciter imbutus, haud vulgarem nominis
famam in Philosophicis scholis Cracouiæ promeruit, Lipsiæ dein-
de, atque ita Germaniam peragratus, omnibus in artibus celeriter pro-
fecit, vt æquales suos omnes doctrinæ gloria longe præcelleret. Quo
nomine plerisque Italiæ ac Germaniæ clarissimis doctrina viris in-
notuit, præcipue Gulielmo Budæo, Paulo Manutio, Francisco Robor-
tello, Iacobo Carpentario, plurimisque aliis in Gallia. Cumque ita fa-
mæ celebritate absentibus iam esset notus, mox à Samogitiæ Episcopo
vocatus Canonica dignitate & Archidiaconi munere ornatus fuit, at-
que Regi Augusto in Lithuania tum commoranti, ob conscriptas stilo
eleganti res Polonicas Lithuanicasque (in quo præcipue laborauit) in
primis gratus, ab eoque sanctioribus illis reconditarum rerum notis,
quibus fere Regnorum arcana committi solent, præfectus, in eodem
studio ætatem consumpsit. Historicus fuit insignis & Poeta Polonicus,
vt qui carmine vernaculo scripserit, Bucolica, Trenos in obitû Augu-
sti. Carmen de Coronatione Regis Henrici. Nuncium virtutis. Chro-
nicon Polonicum. Carmen contra Anabaptistas, vitas Regum Polo-
norum, Sarmatiam Europeam: Bellum Ciuile Turcicum cui interfuit
ipse, atque ad extremum de libertate Polonorum.

IACOBI

IACOBI VITELLII.

*Stricouius tantam sibi
Virtute peperit gloriam
Quantum coronari decet
Pollentis ingenij decus.*

MICHAEL VRATISLAVIENSIS.

XXXI.

Perspicacissimi & diuini propemodum ingenii vir; qui Doctor re-
nunciatus, auditoribus suis artes fere omnes humaniores inethodo
facillima, Hymnosq; ac Profas in Ecclesia Romana decantari solitas, doctissimis
commentariis illustrauit: præcipue Logices institutionem, disertissime, ac Na-
turalis scientiæ dubia facillime aliquot voluminibus comprehensa, reli-
quit, tum libros sententiarum Petri Lombardi, quos magno auditorum
concurfu, multos annos explanauit, Epithomate aureo ex magnis Doctori-
bus contracto illustrauit. Mortuus locum sepulturæ in Ædibus D. Floria-
no sacratis, ad leuum latus maioris altaris sortitus est, cum tali à poste-
ritate grata epigraphe.

*Professor
Theologia
in Acad.
Crac.*

*Splendida quem tulerat vrbs Vratislauia paruum
Occulit hunc tandem Regia Croca senem
Ingenio multum præcelluit ille. Decani
Æde hac in sacra functus & officio.
Humanus dignas animus quot concipit artes,
Hic tot callebat Numine propicio.
Illius ex studiis florens Academia gaudet,
Multos quod fructus commoda nuncq; capit.
Artes condebat nunquam, sed vertit in vsus,
Sors fieret domino maior vt ipsa suo.
Scripsit de variis & Commentaria rebus,
Nunc manibus versat quæ studiosa cohors.
Illius vtq; scias nomen charissime Lector,
En Deus hoc dederat, quod Michaelis erat.*

Obiit Anno Domini MDXXXIII. die VIII. Nouemb.

IOANNES STOBNICENSIS.

XXXII.

Vir in religione sincerus, in moribus probus, & in doctrinis solide
versatus; adolescens prima laurea Philosophica Anno 1494. in A-
cademia

Quarto
post anno
Magisterij
dignitate
ornatus.
Multos ex
Academia
traxerat
exemplo
suo in Reli-
gionē Fran-
cescanam:
non aliter
ac ille Ioan-
nes Capi-
stranus,
qui B. rnar-
dinorū fun-
dans Cra-
coua domū
trecentos
ex Acade-
mia una
atq; altera
cōcione, ad
suscipiendū
sacrum il-
lum habi-
tum per-
traxerat.
Nota fuisse
& alterum
Stobnicen-
sem in Aca-
demia
Med. Do-
ctorem, qui
in Morale
Philosophi-
am Com-
mentarios
reliquit.
XXXIII.

cademia Crac. redimitus, inq; publicam Professionem vocatus, ingenti discipulorum copia floruit; quibus in exhibenda doctrina benivolus, & in præstandis beneficiis facilis fuit: honestatis, tranquillitatis, concordæque, nec non disciplinæ publicæ & domesticæ, amator obseruantissimus. Magnum sui desiderium omnibus reliquit, imò & exemplum, cum rebus sæcularibus valere iussis, minimum se in ordine Minorum de Obser. videre voluit & sacrum habitum ipsorum indutus, mala innocentia sanctitatisque opinione, multos eum annos gessit, sodalibusque suis morum commendatione miuifice præluxit, quos etiam sacris litteris annos multos imbuit, & Michaelis Parisiensis olim præceptoris sui & Professoris in Acad. Crac. publici, scripta, in via Scotistica conscripta, typis publicis euu gavit: & quicquid ipse scripsit, cum eadem subtili schola conclusit, (*scripsit autem subtilissimas in vniuersam Philosophiam questiones*) Similiter discipulus suus Thomas Posnaniensis, qui *Physica itidem ad intentionem Scoti scripsit, & Particulum Philosophiæ Naturalis.*

IACOBI VITELLI.

Mundi somnia vana mentientis,
Vmbra & infatuationem iniquam,
Blinda toxica, dulcia & venena,
Cum agnosceret ille Stobnicensis.
Vt tam se tulit ad quietiorem.
Mundum deserit vt Deo fruatur.

-SIMON MARICIUS.

Plurimos sane cuiusuis facultatis eruditos homines Polonia patrum nostrum temporibus protulit: Inter Theologos quidem Simon Maricius multis nominibus eminet. Is patria Pilsnensis, instituto Academicus, Doctoris Theologi titulum in vrbe Roma adeptus acutissimorum illorum in Scholastica Theologia virorum, Nicola Sadkonis, Benedicti Cosminij, Michaelis Visliciensis, atque Obremscij in Acad. Crac. Professorum familiaris & socius fuit. Vir sane eruditus, Græcarumque litterarum apprime gnarus, cuius summam vitæ integritatem & prudentiam longo rerum vsu partâ, peculiaris quædam morum grauitas magis commendabat, quæ in gestu, incessu, vultu, tota denique corporis constitutione intermiscantibus veluti radiis relucebat.

cebat. Quo factum vt Petro Kmithæ Comiti de Visnic Palatino Cra-
admodum gratus, fuerit & in Italiam illius sumptibus missus, Iustraue-
ei q; præcipuas exterorum Academies, Doctor Romæ creatus: vbi o-
stenso in publicis disputationibus haud barbaro ingenio. *Orationem*
Demosthenis de Pace, Latine donatam, redux suo Mæcenati obtulit, inq; publicam
Professionem vocatus, Oratoriam præcipue artem in Academia exer-
cuit, & M. Tullii opera, non solum diligenter, sed etiam fideliter præ-
legit, *scriptis commentariis eruditissimis in Orationem pro P. Quintio.* Vnde nõ
mirum, quod discipulos multos bonos & doctos reliquerit, Vuicicos
illos, Solicouios Laternas, Slouacios, aliosq; innumeros scriptores, &
Concionatores disertissimos, ex quibus facile agnoscas, bonum illum
& doctum fuisse Magistrum, qui in super & *librum de Scholis seu Academiis*
ediderit, æmulatus collegam suum Sebast anum Foxium, qui sub idem
fere tempus scripserat libellum *De Natura Philosophiæ & ratione studij Phi-*
losophici.

IACOBI VITELLII.

*Ceu manibus esset Gratiarum Marcius
Effectus, vnus omnium prope artium
Succum, medullam, abunde & optime
Capacem mentis indole vnus attigit.*

ALBERTVS DE BRVDZEVO.

SAncti Floriani ad Cracouiam Canonicus, & in Academia Professor
Sceleberrimus, artibus quas humaniores appellamus, in oppido O-
pocinensi leuiter tinctus, mox reliquum à publicis præceptoribus Cra-
couiæ haufit, & in Physicis Vratis'auensem, in Mathematicis Io. Glo-
gouensem, præceptores habuit, & huc vsque processit, vt S. Theolo-
giæ Baccalaureus creatus, Secretarii & Mathematici Magni Ducis Lith-
uanix Alexandri Jagellonid's, titulo ornatus esset. Vbi aulicis quam-
uis negociis distentus, conscripsit nihilominus *Tabulas pro supputandis*
motibus corporum coelestium, atque Rudimenta Mathematices, cum adhuc
illa casta esset, quæ titulum habent, *Introductorium Astronomorum Craco-*
uiensium. Ex eius disciplina prodierant Ioannes ille Saracenus Canoni-
cus Crac. qui egregium *De Schismate Ruthenorum* libellum conscripserat.
Stephanus Micanus Leopoliens. qui *Dialecticam & Rhetoricam* relique-
rat, tum Paulus Piascius qui *Praxim Episcopalem* ediderat.

*Multos sa-
ne Comes
ille viros
litteratos
abat quæ
admodum
& Tarno-
uius Comes
amulus sua-
rum virtu-
tum.
Bartholo-
maus quoq;
Pramislië-
sis, cuius
nunc Con-
ciores ex-
tant ex eius
disciplina
prodierat.
Scripsit &
Gelasius
quidam
Leopoliensis
de Ordini-
bus Acad.
Crac.*

XXXIV.
*Meminit
illius Io.
Trihomi-
us Abbas
in Catalo-
go scripte-
rum Ecclē-
is postea
fratri Al-
berto in Re-
gnum Polo-
nia succes-
serat.*

VITEL-



VITELLII.

*Tunc artes feliciter efflorescere oportet
Principum vbi auxiliis, stantq; vigentq; bonis
Brudzeui quando Musarum culmina magna
Prendisti, hoc Regum mens tibi amica tulit.*

XXXV.

BERNARDVS VAPOVIVS.

Quam clara & illustri fuerit stirpe oriundus, nemo est qui dubitet, cum ex eius sanguine etiamnum videamus, viros in Senatu conspicuos. Quam vero in litteris exercitatus, testimonium inter alia præbent, titulus Iurisconsulti in Academia Crac. publice obtentus, tum scripta illa egregia, ingenii que laus Aufoniis etiam populis probata, maxime vero *Annales Polonici à se luculentissime contexti*, quos, Chronicon Ioannis Tarnouii Castellani Cracouiensis, & exercituum Ducis Generalis, continuare aggressus, postquam confecisset, breui & ipse morbo confectus, è diuertorio huius sæculi, ad cœlestem illam patriam translatus, locum corpori sortitus est in Basilica Crac. cum eiusmodi Epitaphio.

BERNARDO VAPOVSKI I.V.D. CANTORI CRACOVIENSI, CVBICVLARIO APOSTOLICO, ET REGIOSECRETARIO, VIRO ERVDITO, CARMINE ET PROSA EXCELLENTI, PATRVVS POSVIT. SCRIPSEIT HISTORIAM POLONORVM, EX QVA QVANTVM INGENIO VALVERIT, POSTERIS IVDICANDVM RELIQVIT.

Obiit XXI. Nouemb. Anno 1535.

VITELLII.

*Gentis Sarmaticæ clarissima fama Vapou
Verius & dicam buccina magna Lechis
Quam florent viuis expressa coloribus, à te
Laus Patriæ, atque tuæ nobilitatis honos.*

XXXVI.

ANDREAS GOSTINIVS.

Cum omnes diutinam natura, imo si fieri possit, immortalem vitam cupiamus, tum vero ingeniorum, gloriæ, famæ, constanter factorum,

etorum, consiliorum pro patria susceptorum immortalem profecto memoriam, haud aspernari debemus: quam & Andreas Gostinius Praetoris Cracouiensis F. praë aliis admiratus, non gentiliciis modo scriptoribus exæquari studuit (Rogusis nimirum illis, Herbortis, Varsuiciis, Scargis, aliisque innumeris, quorum singuli non in vno tantum aliquo valuerunt, sed ad rerum magnarum, tam diuinarum, quam humanarum cognitionem, attulerunt eam facultatem orationis, vt res ipsæ per se grauissimæ, cultu & nitore verborum ab ipsis illustratæ, id præstiterint, vt deinceps non barbara, sed elegantissima, nec inhumana, & fera, sed litteris & moribus culta natio audiamus) verum extraneis etiam quibusuis, eandem assequendæ immortalis gloriam, quam & cæteri, ingressus, cum multas alias prouincias, visendi & discendi cupiditate peragrasset, tum Italiam quoque feracissimam morum & ingeniorum adiit; ibique primum magno atque diserto illi Manutio innotuit, familiarisq; extitit; tum orbi politiori vniuerso, editus post *Fragmentorum librum, doctissimis ac disertissimis de litterarum præstantia Orationibus suis*, aliisque syntagmatibus lingua vernacula conscriptis, vtilibus sane & laudatis in re Politica, & in quibus maiorem delectum reperias, quam impetum scriptionis. Erat & alius Gostinius, Iacobus de nomine, Doctor Theologus in Acad. Crac. & Procancellarius, qui itidem ingenio & eloquio clarus, reliquit egregia *Commentaria in auctorem de Causis*.

VITELLI.

*Excitent nullo reticenda in auro
Sumptibus magnis alij trophæa.
Sera quod miretur in vno habebit
Gostinio ætas.*

IOANNES HONTERVS.

POeta, Rhetor, Philosophus & Mathematicus egregius. Coronæ in Borussia natus, & in Academia Crac. educatus, acceptam à maioribus suis famam, præclaris ingenii sui monumentis sic auxit, vt sæculi sui Varro nominari merito potuerit; præter enim *Cosmographia Enchiridion*, magno labore à se congestum; etiam Grammaticis veteribus laudis nonnihil adimere conatus est, editis duobus *observationum Grammaticarum libris*, quos in Contubernio Hungarico Præfectus, in gratiam suorum discipulorum dictauerat. Addidit & *de Variarum rerum*

XXXVII.

Vsus præceptore Io. Arundinensi qui Canonicus & Concionator Leopoldi de Sacratissimo Eucharistia sacramento libellum scripsit.

H. Nomen-

Ex eius di-
sciplina
fuit Iaco-
bus Slupe-
cius, cuius
nunc Poe-
mata & E-
pistola ex-
tant.

Nomenclaturis libellum; de quo Basæus Scebresinensis in libr. Crimi-
num.

Honterus docta cum breuitate iuuat
Flectere verba docet, verbis quoq; iungere verba,
Syllabicis modulis dulce sonare melos.
Siue voles Latias exacte nosse Figuras,
Instruet istius pagina curta viri.
Est h c acutus, habet certi quia nil sine causa,
Ad rem qua faciunt parturit ille tuam.
Et quia non animus numerosa mole grauandus,
Præcipiens breuis est, dicta tenenda notat.
Hic breuibus, magnis quod non complectitur alter,
Paruo cum magno sufficit iste viro, &c.

VITELLII.

Quantum barbaries herba velut nocens
Arus in Latij protulerat caput.
Tantum promeriti de studijs bonis
Quicumque Hesperijs liminibus procul
Infamem eluuiem dira tonitrua.
Doctis Grammatica legibus auferunt,
Qualem se Honterius præstitit, vt simul
Musis ingenuam munditiem attulit.

XXXVIII.

STANISLAUS ILOVIVS.

Ordine equestri natus, & in exteris nationibus à puero educa-
tus, præter insignem rerum physicarum cognitionem, litteris
cum Græcis tum Latinis egregie instructus. Quo etiam nomine,
cum plerisque earundem cultoribus, magna illi amicitia necessitudo
fuit; tum ob linguarum exoticarum multiplicem peritiam, atque ca-
nam ex vsu rerum & peregrinatione prudentiam, apud maximos
quosuis Dynastas, maxima notitia. Præceptore vsus est Cælio Secun-
do Curione, cui Dionysii Halicarnassæi, ad Cn. Pompeij epistolam, respon-
sum, latinitate donatum, grati animi significationem dicauerat, Elogia vero, &
Historicorum comparationem eiusdem Dionysii Tencinio Comiti; ac Deme-
trij Phalarei de elocutione librum, Duci Radiuillo, inscripserat. Proprio au-
tem Mar-

tem Marte seu Minerua, confecerat libellum de Historica facultate: atque item de Perfecto Historico, alium.

IO. IAS CROVICII.

*Dogmata cuncta tenet, qui iunxit Græca Lat'nis
Græcio fonte fluit quodlibet artis opus.
Præclare Iouius coniunxit Græca Latinis
Quis neget hunc quæuis dogmata nosse sophum.*

XXXIX.

Anno 1430.
Multos quoque in Mo-
schouia sa-
cra scrip-
ta lib'os in
Sclauonicâ
ab illo lin-
guam trans-

IOANNES GLOGOVIENSIS.

IN Syllesia, quæ olim Regno Poloniæ adiuncta prouincia fuerat, op-
pido Glogouienſi natus, Magisterii titulum in Academia Crac. &
professionis munus affectus, varia eruditione & iudicii acumine in-
ter sui æui doctos viros inclaruit, vt si vel solam Grammaticam illius. di-
scursu quo nemo ante eum vsus, libris duobus conscriptam videas, mireris indu-
striam, probes laborem. Quid Computum Chirometralem, libros de Phy-
siognomia, de Iudiciis Astrorum, de arte Rhetorica, Poetica, Arithmetica? quid
Notas in Computum Ecclesiasticum & Spheram Io. de sacro Busco? & quicquid
vel ad triuium, vel ad quadruuium spectat? quæ omnia ille ita calamo
suo illustrauit, vt omnium pene eruditorum oculos, solus illa tempe-
state in se conuerterit. Vtque iuuentus studiosa certum locum ad im-
bibendum & perdiscendum bonas artes haberet, scholam priuatam,
in certas classes distinctam, sumptu ingenti, perpetuum pubescenti-
bus Musis domicilium à fundamentis extruxit. Adultioribus autem,
quo molestiam lectionis diuersorum authorum auferret, præcipue
pauperioribus, qui copiam librorum habere non possunt, pro parte
subueniret, tum vt & ingenio, quo multum præcallebat, matris suæ
Academiæ nomen exteris quoque commendaret, scripsit doctissima
resolutione quæstiones, super omnes sigillatim Philosophiæ Aristo-
telicæ partes, puta veterem artem, Peri. hermenias, Priora, Posteriora, Topi-
ca, Elenchos. Similiter super libros Physicarum Auscultationum, libros de Cælo,
de Anima, de Generatione, Paruorum naturalium, tum Ethicam, Politicam,
Metaphysicam, Oeconomicam, & quicquid vno verbo ad Philosophiam
exacte cognoscendam spectare videbatur, id totum notis illustrauit.
Ad meliorem vitam transiit vir pius Anno 1507. magno sui, bonis do-
ctisque omnibus, quos amabat & fouebat, relicto desiderio.

latoſ vide-
mus, impres-
ſos vero
Craconia
sumptibus
Io. Haller
Ciuis Crac.
qui omnes
suas facul-
tates in hoc
ipsum con-
tulerat, vt
littera me-
liores diuer-
ſis excuſſa
linguis &
characteri-
bus sparge-
rentur in
vsum ſe-
ptentrio-
naliũ.
Similiter
luſtraui-
mus libros
Doctore
Francisco
Scorina Po-
locenſe in-
terprete,
Praga ex-
cuſos.

NICOLAI ZORAVII.

*Felices quis vos Arabes non dixerit auro,
Thure vocet claros non quis odorifero.
Sed tamen haud satis commentatore superbi,
Alter Auerroes, nam Glogouita fuit.*

XL.

*Verus mundi
contemptus.*

IACOBVS POLO NVS.

Ordinis Cisterciensis in Monasterio Paradisiensi professus, ita ab omni ambitione remotus, ut Philosophicam etiam lauream in Acad. Crac. meritissimo sibi oblatam, constanter repudiauerit, & paulo post Abbatis in suo monasterio dignitatem, quam suscepit F. Petrus de Paradiso condiscipulus suus Magisterii titulo Anno 1496. ornatus, collapsamque apud suos veterem disciplinam (quam Iacobus titulis litterariis, ut plurimum destrui aiebat) diligentissime instaurauit, vsus familiaritate illius, quem & in pietatis negotiis identidem consuluit, ut qui conscripserit egregium opus *Speculam Religiosorum*, intitulatum; cum quibusdam aliis opusculis, eidem libro annexit. Erat enim vir magni ingenii, opinionisq; celeberrimæ apud homines, & ut illis temporibus, eximia doctrina, diuina memoria, atque summa cum sacra, tum profanae Historiæ, cognitione præditus.

IASCROVICII.

*Abdita nosse cupis veterum vestigia Patrum
Fœlices celsum queis petiere Polum
Iste viam facilem virtutis ad æthera monstrat,
Contemptis mundi carnis & illecebris
Omnibus admiranda sacra monumenta reliquit
Doctrina, ut videant dogmata vera Patrum.
Patribus antiquis magni tribuuntur honores,
En par hisce fuit, par decus inde refert.*

XLI.

*Erat & al-
ter Nico-
laus Polo-
nus dictus.
Episcopi Po-
snaniensis
Sacellanus,
qui isidem*

NICOLAUS DE BLONIE.

Oppido Masouix, quinque à Varsouia milliaribus distante, honeste natus; præter multiplicem eruditionem, consiliû, prudentiam, cæteraque ingenii bona, ea fuit in homine iam inde à primis annis pietas, & innocentissimorum sanctitas morum, isq; perpetuus tenor vitæ ab omni-

ab omnibus voluptatum illecebris difunctus, vt priscorum Ecclesie ^{sermone} patrum, eximium in eo specimen eluceret, omnesque qui piorum in- ^{per annum} stituto viuere cuperent, sese in illius mores, velut perfectissimi exem- ^{confecit.} pli conformarent: vt felix in primis Acad. Crac. fuerit, quæ omnibus fere temporibus talia Ecclesie lumina tulerit. Anno enim eodem quo ^{1415. sub} & B. Io. Cantius prima laurea insignitus, merito post & Magisterii gra- ^{Decano} dum, sub Stanislao de Petricouia obtinuit. Parisiosq; dein, Louanium, ^{Artistica} atque Bononiam adiit, cum ingenuis Comitibus illis concandidatis ^{facultatis} suis, Petro & Andrea de Bnin Opalinskijs, quorum alter postea Vla- ^{Iassel.} dislauiensem, alter vero Plocensem infalam gessit. Nicolaus autem honesto sacerdotio ab vtroque auctus, insignis verbi diuini Ecclesia- stes fuit, & in Cathedrali Plocensi primum, postea in Posnaniensi Ec- clesia prædicatoris officio functus, Louicij ad extremum quieuit, reli- quitque nobis ingenij & eloquij sui monumentum, *Conceptus Theologi- cos, seu sermones per anni circulum*, graui & erudito stilo conscriptos. Simi- liter de sanctis, veteri & nouo prelo toties iam recufos. Tum & *Confes- sionale S. Thomæ Aquinatis*. Erat enim vir, vt & ex meditationibus illius apparet, iudicio maturus, pietate religiosus, conscientia securus, men- te benignus, moribus castus, visu & aspectu iustus.

H A S C R O V I C I I.

*Vitis vt optatos profert fœcunda racemos
Et radice botros trudit odoriferos.
Sic Iagellonis bene culta Academia Regis
Pubescens fœtu Regna Polon: beat.
Sacris diuorum gemmis hæc vitis abundat,
Hoc Diui Cantij ramus in orbe viret.
Hic flos fragrantem virtutum fundit odorem
Et miris recreat lumina mœsta modis.
Pullulat ac alma Nicolaus propagine palmes
Diuini iste comes fidus amoris erat.
Maturas vuas celso fert vinea celo,
Ex his supremo mensa parati Deo est.*

MATTHIAS DE MIECHOW.

XLII.

Medicinæ Doctor & Canonicus Cracouiensis, nobili in oppido Religiosorum militum sepulchri Domini, Miechow, honestis parentibus natus, puer liberaliter institutus, & Cracouiæ publico in

H 3

Gymna-

Gradum in
artibus pri-
mum anno
1476. pro-
meruit, ter-
tio autem
post Magi-
sterij digni-
tatem.

Gymnasio Peripatetica Philosophia imbutus, Physicis potissimum delectabatur: & naturæ genio obsecutus, ad medicinæ sese artem sic applicuit, vt in omnibus pæne Italiæ atque Germaniæ Academiis publice in disputationibus ingenii acumen exhiberet, domumque reuersus parem sibi ea in professione vix vllum in tota Polonia, superiore certe neminem reppererit. Igitur ob nominis celebritatem, artisque præstantiam à Sigismundo I. Rege Poloniæ tum clarissimo, Medicus adscitus, valetudinis eius summa fide diligentiaque curam gessit, *deque conseruanda sanitate libellum egregium vulgavit.* Ac tandem aulicæ vitæ pertæsus, sacris sese deuouit, atque Canonica dignitate ab eodem Rege auctus, scripsit *Annales Polonicos, & de vtraque Sarmatia Historiam.* Cumque & Astrologus insignis esset, & Regia liberalitate rem satis lautam possideret, censum pro Astrologo atque Medico, in Academia fouendis, pignus gratitudinis pro egregia institutione, perpetuum fundauit, erexitque scholas pro erudienda iuuentute priuatas, cum ad Ædes S. Annæ, S. Floriani, S. Stephani, SS. Omnium in vrbe; tum etiam in patria sua, municipio Miechouiensis. Idem Hospitales domus aliquot & Xenodochia refecit. Bibliothecam in Rupella apud FF. Pauli primi Eremitæ, sumptu ingenti excitauit: & domui Professorum Maiori in Academia, quos inter ipse olim mansit, pro libraria atque horologio restaurando, plurima tabulæ testamenti legauit. Obiit anno 1523.

I A S C R O V I C I I.

*Quæris Apollinea versatos arte Polonos,
Innumeros tales terra Polona dabit.
Miechouius summos inter supereminet omnes,
Alter is Hypocrates, alter Apollo fuit.*

XLIII.

VALENTINVS KVCBORSCIVS.

OB amabile ingenium, variam eruditionem, suaues mores, Rescio, Liliæ, Cromero atque Tretero, Magni illius Cardinalis Hosii alumnis, per quam familiaris, in Deum pietate, in amicos candore, & in rem Ecclesiasticam, atque litterariam fide & amore excellentissimus. Inter cætera, quæ in hostes Ecclesiæ & Fidei osores penna felici scripsit, reliquit etiam *sermones patria lingua conscriptos, iis sane perutiles, qui*
de su-

de superiore loco, cum spiritu fructuque de verbo Dei differere, ad populumque verba facere in tanta Homiliarum copia student. Idem *Catechismum Concil. Trid. in eandem linguam vsui publico conuertit*, quo vel sic in moribus optimis, & fidei articulis abiens instrueret, quos viuis prædicando informare solebat. Defunctus sepulturæ locum ad Capellam Dobrociescianam in Cathedrali Cracouensi Ecclesia obtinuit, cum tali Elogio.

R. D. VALENTINO KVCBORSKI ARCHIDIA. POMERANIÆ CRAC. VARMIEN. CANONICO REGIO SECRETARIO, CARDINALIS HOSII ALVMNO, VIRO PIETATE SINGVLARI. INGENIO, SCIENTIA DICENDI, SCRIBENDIQVE CLARISSIMO, INTEGRITATE VITÆ SACRISQVE TRACTANDIS RELIGIOSISSIMO. FRATRES COLL. CA. CR. FF. OBIIT.

Anno D. 1573. die 3. Octob. ætatis suæ 47.

I A S C R O V I C I I.

Romanæ vindex Fidei Cucborseus acer,

Hæreseum tenebras dum nitet arte fugat.

Scilicet arte sacra lucem fert omnibus a'lam,

Nec finit obscuras Lechiadum esse domos.

Prefert ille facem scribendo, vt nullus in oris,

Sarmaticis erret, qui sua scripta legit.

MARTINVS VIASDOVIVS.

XLIV.

Merito doctrina claris annumerandus, qui decurso in Acad. Crac. Philosophiæ ac Theologiæ studio, Valentini Vidauensis atque Bartholomæi Vargocii, ac aliorum insignium virorum condiscipulus, vna simul & concandidatus, primum in artibus honorẽ sub Iosepho Vrendouio promeruerat: & omnẽ in melioris vitæ cursum in publica professione feliciter peregerat. Tandẽ sub decliuum ætatis, relicta statione Academica, in Patrum Societatis Iesu castra, illustri dicendi & scribendi peritia, lætus concessit. *Scriserat enim in Cic. Orationes* (quas assidue legendo, tantã sibi eloquẽtiam graui Theologo dignam comparauerat, vt sæculi sui disertissimus audiret) *luculentissimos Cõmentarios; tum in difficili-*

*Erat es-
sacra laurea
insignitus.*

lem illam.

*Pietatis
studium.*

lem illam D. Pauli ad Romanos Epistolam. Sed non hac fama contentus, voluit etiam noua sibi apud Deum mereri premia, quibus carere se credebat, ni nouiter surgentem in Polonia societatem pro posse iuuisset. Igitur in numerum illorum cooptatus, aduersus sacramentariam pestem, de vera corporis Christi in SS. Eucharistia & sacramento praesentia, summa industria è sanctis Patribus doctrinam collegit; sed & mortuos viuorum precibus iuuari, sanctosque à nobis recte inuocari, pari methodo adstruxit; quod & ad populum in templo diserte disseruit, à summis Theologis eo nomine, apprime laudatus.

IO. IASCROVICII.

*Ne dubitate viri precibus confidere Diuum
Hoc Doctrina huius monstrat, & alma Fides,*

XLV.

MARTINVS BRONIEVIVS.

*Prudens
Legatus.*

FELICI ac versatili vir ingenio, qui cum Philosophiæ atque Geometriæ cognitione, naturalem quoque prudentiam, rerumq; publicarum vsum & intelligentiam coniunxerat, eximia Latinæ dictionis elegantia, quæ scriberet ageretur, comitante. Quarum quidem virtutum meritis fortissimi Regis Stephani, dignus est aulicus vocitari, non ille vanus aut vesanus, adulationibus mendaciisque texendis natus; sed bellica virtute, scriptis à se editis, & legationibus ad diuersos Principes prudenter obitis, clarus. Maxime illa ad Præcopitos Scythas in Tauricam Chersonesum, quo è Moschouia rediens à bello Lucensi, fuerat à Rege missus, nouemque mensibus apud barbaros detentus; vbi ausu & sumptu ingenti lustratis omnibus oppidis, pagis portibus & munitionibus illorum, consuetudines quoque & leges ipsorum si quæ illæ apud barbaros reperiri possunt, diligenti cura & labore connotauit, simulq; & tabulis æneis illustrauit, vt vel sic inopia & impotentia barbari detecta, animaret nos in excidium Tartarici nominis & seminis. Similiter quoque Valachiæ & Moldauici situs nobis depinxit, tum quæ ad cognoscendam naturam & mores illorum populorum, quibus cum sæpissime nobis res est, necessaria videbantur, commentariis suis connotauit. Ipse vero vti verum Sarmatam deicit, totus in militia conuenit, in qua & vitam expirauit, parto longe clarissimo nomine.

IASCROVICII.

*Arte valere iuuat, valuit Bronieuius arte
Qua gratus magnis Regibus ille fuit.*

Consi-

*Consilium, doctrina, fides, prudentia, virtus,
Principibus semper munera grata viris.*

STANISLAVS SARNICIUS.

XLVI.

CVM externarum rerum, remotissimi etiam sæculi peritus, tum domesticarum maximopere gnarus, quas in vnum corpus redactas, in specie *Annalium Polonicorum in lucem ediderat*. Cæterum, quia in religione fertur inconstans fuisse, ideo minus apud probos & doctos acceptus. Maxima ei intercesserat cum Leonardo Gorecio necessitudo, qui vna secum & domestica studia pertractauerat, & præcipuas quas *Leonardus Gorecius Valachicorum tumultuum & belli Gedaniensis diligentissimus scriptor.* Commentarios de rebus gestis Magnanimi illius Iuonia, Valachiaæ *Vide plura de Iuonia in fine libri nostri quarti de Rebus gestis Sigismundi Primi Regis Poloniae.* latini, qui sub tempus coronationis Henrici Regis Poloniae, audaciter magis quam feliciter inuaserat illum dominatum, & breui spacio multa præclara contra Turcas gesserat. Sarnicius autem & bellicæ rei peritus, *scripsit Campiductoria libellum*, monitis militaribus Politicisque refertissimum. Item *Topographiam* locorum à Stephano Rege Moschis adeptorum: tum & *Triumphum Regis eiusdem carmine heroico, atque libellum de eligendo Principe*. Fuit enim illi varium sæcundumque ingenium, quod nullis inclusum spaciis, per omnes fere disciplinas liberius euagaretur, essetque non vulgare æui nostri decus, si intra professionis litterariæ terminos substitisset, seque totum hisce studiis, quibus inprimis natus erat, missis sacris litteris, dedidisset.

I A S C R O V I C I I.

*Sarnicius mores externos vidit & vrbes,
Lechiaco regno iam procul esto timor.
Mille nocendi artes hostis cognouit & astus,
Hos euitandi tradidit ille modum.
Tradidit & raram Campiductoribus artem,
Prælia quâ tuti fausta ciere queant.
Ergo Sarnicio multum Respublica debet,
Sarmati hostiles præcauet ille dolos.*

PAVLVS STEMPOVIUS.

XLVII.

REgis Sigismundi Augusti Secretarius, Tribunus terræ Plocensis, vir cum aliarum linguarum, tum Latinæ atque Græcæ peritus,

I

Con-

Constantinopoli & alibi in Græcia edoctus. Vnde in Italiam velut ad mercatum bonarum artium profectus, animum ad Iurisprudentiæ studium appulit. Inde Aurelianum in Galliam, ac postea Parisios transit, biennioq; exacto honore ac titulo Iurisconsulti ibidem cohonestatus est: scripsitq; librum de Repub. ad Augustum Regem, à quo in album Secretariorum simul cum Andrea Patricio inscriptus, cum varias Latinas Polonicasq; declamationes per otium confecisset. Græca quoq; poemata, quibus vehementer delectabatur, nonnulla conscripsit. Cumq; Rex, peste passim per Poloniam grassante, in Lithuaniam tendens, Knisiniæ vitam cum morte commutasset, Paulus itidem, quod ævi reliquum erat, domi placide transacto, mortem obiit Anno 1584.

P A S C R O V I C I I.

Parisii varia doctrina mercibus auctum.

Stempouium, & reducem Patria leta videat.

Virtutum lapides preciosos legerat oris.

Externis, felix utere prole Parens.

XLVIII.

Præceptore
v. sui Gre-
gorio Samo-
tulienfi cõ-
terraneo
suo, qui Ar-
chidiaco-
nus Posna-
nien. Iuris
Polonici
Processum
scripsit.
Idem Gre-
gorius scri-
psit Enchi-
ridion Im-
pedimento-
rum matri-
monij.
Nostra æ-
tate Tobias
Sendomi-
riensis vo-
cis mira
suauitate
in Aula
gratus &
clarus fuit.

VENCESLAUS SAMOTVLIVS.

A pueritia liberalibus studiis deditus, Posnaniam primum in maiori Polonia, post Cracouiam Glogouiano in Gymnasio (classes vulgo appellantur) Græcis ac Latinis litteris sedulam operam posuit, atque mox adolescentior in D. Iagellonis Lycæo Philosophiam Aristoteleam cum titulo Magisterii hausit. Et ut cuiusque genius est, Poeticæ potissimum addictus, ac Mathematicis disciplinis, Musicam quoque artem, tanquam altera ex parte respondentem adiunxit, eiusque miræ peritia, mirum in modum Sigismundo Augusto Regi talibus sese oblectanti, innotuit, atque paulo post Musices Præfectus fuit, talis ac tantus! ut ei ad summam artis præstantiam, nihil præter vocem defuisse videatur. Hac enim Io. Virbocouium excelluisse, gratiamque Principum aucupatum fuisse ferunt, quod ipsas etiam Syrenas in demulcendo cantu pectora hominum superasse videretur, & quo defuncto, Polonia similem simphonicum huc vsque non habuisse audit. Venceslaus vero, ita proportionibus ex Mathematices studio delectatus, ut æque sonos Musicos ac metra componeret, ut in utroque simul non vulgarem gustum porrigeret: sed quem cœtanei in Polonia non caperent fere omnes. Multa itaque ad solennitates Ecclesiæ decorandas, suauis-

Iuauissimis concentibus ornata reliquit, multa ad oblectationem animorum honestam composuit, quibus & patriam suam (oppidum Samotuli) ignotam nobilitauit, atque demum ipse paucis in diebus, post decessum Regis sui, obiit, cum ætatis nondum tertium & quadragesimum annum attigisset. Quem si diutius stare superi permisissent, esset cur Italis Prænestinos, Lappos, Viadanos, Poloni non inuideremus. Qui & Iurisconsulti insuper titulo auctus *Processum Iuris Canonici egregie compilatum post se reliquit*. Quinimo & discipulum ea in scientia haud se impari Nicolaum Iaskierum, Senatus vrbisque Cracouensis Secretarium, qui præceptorem æmulatus *Iuris Prouincialis*, quod *Speculum Saxonum* vulgo nuncupatur *libros tres*. Item *Summarium articulorum Iuris Municipalis Maideburgensis*. Itemque *Promptuarium Iuris Saxonici in vsum publicum edidit*.

I A S C R O V I C I I.

Dicitur Amphion cantu flexisse canoro,
 Immotas rupes, saxa q̄ dura satis.
 En nouus Amphion septem subiecta Trioni,
 Pectora, dulcissimâ flectere voce solet.
 Dum q̄ Samotulius profert syntagmata legum,
 Mentis duritiem seuo Aquilone mouet.

S T A N I S L A I S T O S L A V I I

Vt solet ad cythara commotos pectine neruos
 In circum latos ducere turba choros
 Nectere docte sonos Venceslae tu q̄ Gregori
 Ciuibus ad leges instituisstis iter.
 Lex rectum monstrat cursum Cythara q̄ rotundum
 Cui nunquam certus terminus vllus adest
 Vos duo dum certo monstrastis tramite cursum
 Non dubia est per vos meta futura via.

S T A N I S L A I S T O S L A V I I.

Qui certis numeris cantus docuere suaues
 Disposuere libris ordine iura pari,
 Est dolor in nobis sunt crimina causa doloris,
 Est dubium tollat que medicina malum
 Crimina lex tollit, placat cantus q̄ dolorem
 Ista Samotulius prestat vterque Lechis.

XLIX.

ALBERTVS SCEBRESINENSIS.

*Academia
Crac. sem-
per pietatis
studiosissi-
ma.*

POeta & Historicus, inter sui æui viros præstantissimus, quia non ne-
mini ob iudicii acumen, in fide suspectus videbatur esse (Cracoui-
ensis autem Academiae, non laureati tantum, sed studiosi etiam ipsi,
cum inscribuntur in album Vniuersitatis, fidei & candoris Romani
professionem publicam faciunt, atque simul Hæresim & nouitatem
omnem, in manibus Rectoris, abiurant) idcirco in susceptione sacri
honoris, suspicionem à se omnem tollere cupiens *Fidei Romana confes-
sionem carmine eleganti, simplicissime tamen complexus*, piis viris & Ecclesie iu-
dicandum opus exhibuit, scripsitque in Calumniatores alium *libellum
Criminum* dictum, carmine veterum Poetarum phrasim & numeros
redolente. Similiter *Epitome Xenodochij Crac.* atque Grammaticam du-
plicem, Exegeticen & Methodicen.

IO. IASCROVICII.

*Dignum laude virum Stygiis immergier vndis
Musa vetat, verum sydera ad alta vehit.
Prodiit Albertus Musarum maxima cura,
Ingens praesidium, dulce decusq; suum.
Æternum viuet redimitus tempora lauro,
Doctrina, & virtus nesci sola mori.*

L.

IOANNES VIELICIVS.

Professor in Academia Crac. celeberrimus, in quo Philosophicis
studiis maturime perceptis, sacra tam diligenter prosecutus est, vt
Doctores ac Professores Theologi dignitate, cum summo omnium ap-
plausu donaretur. Post ad Parochi Vielicien. & Canonici in prima-
ria Crac. D. Stanislai Aede honorem euocatus, quâ voce, quâ stilo, pro
Ecclesia Romana aduersus Hæreticos pugnavit; passimque tum ho-
mines ad Lutheranismum inclinantes Concionibus suis, in quibus
pia commiseratione vbertim sæpe lacrymari visus est, in fide maiorum
Orthodoxæque Ecclesie obedientia stabiliuit. Conditus in Oedeo A-
edii D. Floriani hac inscriptione.

R. PATRI. IO. VIELICIO S. T. D. CANONI-
CO CRAC. VIRO IN RELIGIONE SIN-
CERO

CERO, IN MORIBVS PROBO, IN PRO-
 FESSIONE LABORIOSO, ERGA DISCI-
 PVLOS BENEVOLO, IN PRÆSTANDIS
 BENEFICIIS FACILI. HONESTATIS,
 TRANQVILLITATIS, CONCORDIÆQVE
 NEC NON DISCIPLINÆ PVBLICÆ ET
 DOMESTICÆ AMATORI. BONORVM
 INGENIORVM PROMOTORI, OMNI-
 BVSTAM DOMESTICIS, QVAM EXTRA-
 NEIS CHARISSIMO. QVI SEDENS ET LO-
 QVENS DE FVTVRA VITA, EX DIVERSO-
 RIO HVIVS SÆCVLI, SVMMACVM ALA-
 CRITATE ANIMIMIGRAVIT. EXECVTO-
 RES TESTAMENTI, TESTATORI DESI-
 DERATISSIMO, DISCIPVLI PRÆCEPTO-
 RI OBSERVANTISSIMO, ÆTERNÆ PIE-
 TATIS MONVMENTVM POSVERVNT.
 VIXIT ANNIS 73. OBIT A. 1599. DIE 15. Feb.

IO. IASCROVICII.

*Ingenio quantum valeat Vielicius, ora
 Ausonidum testes, Sarmatidumq; plage.
 Ingenij certamen adit magnâ vrbe Quirini,
 In qua victorem fecerat ingenium.
 Parte in Hyperboreâ monstrum petit ille renascens
 Trux caput Hæreseum rite Luthere tuum.
 Hæresis atra etenim dum Craci serpit in vrbe,
 Perq; animos hominum dira venena iacit.
 Viribus Herculeis animi Vielicius Hydram
 Pellit, & illustri non sinit esse loco.
 Ergo dicendo Diuinam restituit rem.
 Qua dabis vrbs Craci premia digna viro?*

THOMAS DRESNERVS.

LL.

L Eopoli in Russia natus, præter linguarum diuersarum peritiam, et-
 iam Politices Iurisque prudentia claruit, qui collectis vndique ve-
 terum monumentis *Librum fecit Collationum Iuris Polonici & Romani. Cen-*

I 3; turiam

turiam legum Polonicarum atque Gallicarum. Institutionum Iuris Polonici libros quatuor, & Processum Iudiciarium. Atque à poetica minime abhorrens, pia quædam & moralia à se conscripta edidit, complexus antea, omnium magistratum dignitatumque Regni Poloniæ, graui volumine officia. Præceptorem puer habuit Matthæum Samotulium, celebrem in Academia Crac. Professore (qui cum alia plurima, tum in Mathesi quoque scripsit doctos Commentarios in spheram Io. de sacro Boico) Adultior Parisios profectus Turnebum, atque alios viros clarissimos audiuit; peragrataque Europa fere vniuersa, in sinu Academiæ Zamoscianæ conquieuit.

IO. IAS. CROVICII.

*Dresnerus vt leges statuit, scelus omne refugit,
Et contra erexit Iustitia alma caput.*

*Legibus est ratio prohibens, contraria summe
Virtuti vt nequeant Lex scelus esse simul.*

*Dum nunc Iustitia orta nitet super orbe Polonum
En vicina Polo terra Polona iacet.*

LII.

THOMAS TRETERVS.

Thomas Treterus natione Polonus, patria Posnaniensis, vir fuit vere, hoc est propria virtute nobilis: statura corporis supra mediocrè decenti, facie verendus, patula vtcunque fronte, viuidis oculis, & ore prono in humanitatem ac misericordiam; sermone comis & affabilis, cultu ac sensu de se modicus. Is adolescentulus in Hofiano Brunsberg. Collegio Soc. Iesu, mansuetioribus, humanitatis ac eloquentiæ Musis, perpolitus cum fuisset, seq; Amplif. Card. Stan. Hofio, ingenii ac morum elegantia mirifice probasset, eius in familiam aulicam adlectus, grauioribus Romæ scientiis addictus; superstiti suo Mecenati continenter fidus Achates adhæsit, Secretarius deinde S. R. P. Annæ Jagelloniæ in vrbe constitutus (qua etiam dignitate Ser. Reges Stephanus & Sigismundus III. illum cohonestarunt) mirum quam vitæ integritate, animi candidi sinceritate, morum verborumq; comitate, maximarum deaiq; virtutum dignitate suspiciendus, summis, mediis, infimis, charus atq; iucundus vixerit. Greg. XIII. Pont. vere Opt. Max. nec non Clementi VIII. vehementer acceptus. Hic legandus Card. in Polonias à Tretero de omnibus informatus, Ille suæ gentis insignia eidem nobilitato

litato (quantus honos) vsurpanda muneratus. Canonicatu Ro, S. Mariae trans Tyberim & Olomucen. donatus. Oblatos sibi altiores in aula, in Ecclesia, dignitatis gradus, modeste recusauit. Cum S. R. E. Card. An. D. Bathorco, Regio Nepote, Roma reduce, Varmiam se recepit, cuius interuen. Ecclesiae Canonicus pridem census fuerat. Peridoneam hanc pietati ac otio literario solitudinē negotiosae aulae ac infulae prudens volensq; praehabuit. Vbi cœpto probitatis, solertiae, humanitatis renore, nullo supercilio, nullo temporiperdio, reliquum vitae laudabilissime posuit, perenne domesticis, exteris, nobilibus, ignobilibus, doctis, inopibus asylon atque diuersorium: Commemorabili hospitalitatis in aduenas, in egenos benignitatis exemplo. *Scriptis Roma Romanorum Pontificum compendiaria gesta, soluto vinctoq; sermone. De vita & miraculis S. Benedicti carmina diuersis generibus subiecta. Ad effigies Imperatorum Rom. Elogia. Theatrum virtutum S. R. E. Cardinalis Stan. Hosii iconoglyphico opere non sine sententiosis lemmatus. Varia in easdem virtutes Oda, adhuc vt & alia eiusdem docta poemata inedita. Symbolica vita Christi, vna cum Christianis virtutibus post obitum edita. Elenchus vocularum Horatiani poematis, de quo gratias Treterero egit scita scripta Ode vnus Gymnasiarchorum Elbingen. Varmiae vero scriptis Hierosolymitanam peregrinationem Illustr. Domini Nic. Christophori Raduilli Nesuisiensis & Olicensis Ducis, latinitate donauit. Sacratif. corporis Christi Historiam & miracula aeneis typis illustratam. Seriem & acta Episcoporum Posnaniensium & complura alia pietatis monumenta. Vnde iure haec illi Elogia posthuma fama occinit.*

Varmia semper habes, te quorum scripta celebrent

Virtute insignes ingenioq; viros.

Syluius & Cromer Historijs, Copernicus astris,

Clarus auita Hosius Relligionis Athlas,

Vates Dantiscus, numeras & in hisce Treterum:

Iure, sed heu, quantum Varmia sydus humas.

I I.

Penna, peniculo, cestris astrisq; Tretere,

Tu Numa, Naso, Mycon vnus erasq; Myron.

III.

Brunoris articola, te nato Posna Tretere,

Roma Palatino, Varmia lata patre.

I A S C R O V I C I I.

Edidit hunc celebris toti Posnania mundo,

Dotibus ingenij clarus vbique foret,

Orbis

Orbis Roma caput Mystæ dignatur honore,
 Primo constituit Varmia clara loco.
 Doctrinâ meruit, meruit Pietate Treterus
 Vtrâque eximium qui ferat vrbe decus.

LIII.

BENEDICTVS HERBESTVS.

Ioannes
 Canonici
 Conciona-
 toris mu-
 nus in Ec-
 clesia Leo-
 polien. obi-
 uit. Stanis-
 laus in pa-
 tria uxo-
 rius vixit.
 Ann. 1550
 Episcopi o-
 lim in Polo-
 nia atque
 Abbates
 nobilem iu-
 ventutem
 suis sum-
 ptibus ale-
 bant.

Vir certe præcellentis ac diuini propemodum ingenii, qui nouo di-
 cendi genere, inter sui temporis æquales inclarescere in Academia
 voluerat. Gente is fuit Roxolanus, patria Neapolitanus, quod muni-
 cipium vulgo Noua ciuitas dicitur. Duos fratres germanos, vna secum
 insignitos Academicis honoribus vidit, Ioannem & Stanislaum, eo-
 dem quo & ipse Ioanne Leopolda præceptore vsos, iisdemque qui-
 bus & ipse studiis Philosophiæ & eloquentiæ deditos, sed huic poste-
 riori magis addictos. Et Benedictus vicefimum ætatis annum ingres-
 sus, post accepta humaniorum artium insignia, apud Leopolienses re-
 gimen Gymnasii publici, tenuit; posteaque Cracouiæ ad Ædem Diuæ
 Virginis, domui Musarum præfuit, atque alios docendo, ad eloquen-
 tiæ sese facultatem contulit, & ex amicorum consilio, aliquot *Oratio-
 nes, quas publice recitauit, typis excussas in lucem dedit.* Quibus, cum summis
 per Poloniam Principibus viris innotuisset, maxime Philippo Padnie-
 uio Episcopo Crac. & Petro Kmithæ Palatino, viris disertissimis, fuit à
 Ioanne Prærembio Gnesnensi Archipræsule euocatus, quo iuuentu-
 tem in aula sua, indolis inter Polonos optimæ, optimis disciplinis ac
 moribus iam inde à teneris imbueret, atque in auita Religione conti-
 neret; ratus, quod res est, seminaria Reip. bene constitutæ iuuentutem
 esse, quam qui recte informet, eum de Rep. quam optime mereri. Ser-
 pebat enim iam tum passim per Poloniam Hæreticorum labes, quam
 ipsi etiam è Senatu Magnates nonnulli inuexerant. Benedictus igitur,
 pietatem in primis colens, sic iuuenes illos erudiuit ludimagister, vt
 longe maioribus titulis ac præmiis dignus esset, sicque se ipsum in tan-
 ti Principis familiaritate gessit, vt libenter auditus, semperque lauda-
 tus recederet. A quo in Minoris Collegii Professionem ab Academia
 reuocatus, extemplo æmulum in eloquendo Iacobum Gorscium Ma-
 iorem Collegam nactus fuerat, certamenque cum eo publicum in fa-
 cie Academiæ subierat. Cæterum inferior iudicatus, totam illam *dispu-
 tationem De Periodis & ratione scribendæ Orationis*, cum aduersarii argumen-
 tis, posteritati arbitranda typis publicis transmisit: opus sane egre-
 gium! &

gium! & est quod in utroque mirere. Iterum exagitatus scripsit *Dialogum de optimo genere dicendi*, quo se superiorem, etiam in præterita disputatione fuisse declarat. Et quoniam de rotunda Periodi descriptione lis inter eos potissimum fuit, idcirco eam plures per annos alentes, multa contra se ea in materia scripserunt, multa in publicis dissertationibus dixerunt; vterque autem Ciceronem magistrum sequebatur, cuius Herbestus noster vitam è scriptis & verbis eiusdem disertissime conscripsit. *Con-* Vitam Ci-
ceronis Her-
bestus scri-
psit.
*fecit & in Epistolas illius lib. 4. Commentariorum. Et notas in Orationem post reditum ad Quirites, ex qua librum de Perfecta Periodo fecit, & Orationes illas de quibus supra diximus (quarum vna pro Epistolis Ciceronis erat) in receptione, aut resignatione maneris scholastici, partim Leopoli, partim Cracouix, apud Consules recitatas; & quæ solæ ansam Gorscio dederunt ad scribendum aut impugnandum, quod Noua Methodo scriptas, titulus libelli indicaret. Scripsit præterea Herbestus *Rationem instituendæ iuuentutis. Æquum Iudicem, Computum Ecclesiasticum, Ophemum Ciceronis. Arithmeticam linearem, & Tabulas in Prosodiam.* Cæterum quia Gorscio passim primas in eloquendo ascriberent omnes, resignata in manus Rectoris Academiæ publicæ professione, Cathedralisque Posnaniensis Ecclesiæ Canonicatu posthabito, in Patrum Societatis Iesu castra, magna discipulorum caterua comitante transiit, & vixit vitam iuxta Apostolum irreprehensibilem, animum gerens contra hostes Ecclesiæ indefessum, cum omnino vir esset in perorando facundissimus, in scribendo felicissimus, in docendo facilissimus, & vineæ illi tum primum in Polonia succrescenti perquam utilis; Scripsitq; in Societate manens *Horarum Canonicarum Rationarium, & Augustini sententiæ de SS. Eucharistia, explicationem. Confutationem Picarditarum. De doctrina Christiana. Cæremoniarum Baptismi & Rosarii B. V. expositionem. Præterea scripsit Prodromum aduersus scriptum Iacobi Niemoieucij Græci Schismatis demonstrationem Chronologicam Epitomen computus Ecclesiastici. Eclogæ Gregorii Samboritani expositionem. Orationem Synodicam, Precationes Latinopolonicas & Periodicas responsiones. Atque sic exactis feliciter sancteque in societate 22. annis, Anno salutis 1593. flexis humi genibus mortuus repertus est.**

NICOLAI ZORAVII.

*Si vis Herbesti ingenium cognoscere & artem,
Cuius cognoscas æmulus ille fuit.*

K

I A S C R O -

I A S C R O V I C I T.

Tullius eloquij diffuso flumine primus
 Redd'it Ausonij pinguis culta soli.
 Iure sibi multum debent Saturnia regna,
 In Latio suada quod nouus autor erat.
 Primus Sarmat'cis Herbestu, surgit in oris,
 Qui bene diendi dogmata vera dedit.
 Utq; lepos Ciceronis erat gratissimus amplæ
 Ausonia; Herbest' sic quoque Sarmatia.

Eiusdem.

Æmulani eloquij virtus Herbeste fuisse,
 Ingenium poterat deliruisse tuum.

LIV.

M A R T I N V S N E R V I C I V S.

*Asseruan-
tur sermo-
nes hi in
Biblioth.
Cano. Reg.
Clobucij.*

Eiusdem inclytæ Academiæ Crac. celeberrimus Professor, præceptor optimi illius pientissimiq; patris Rochi Posnaniensis, atque Stanislai Scarbimiriensis (qui Sermones de Dominicis atq; diebus Festiuis per annum, stilo haud ineleganti conscripsit) felicissimus, pietate in Deum, candore in amicos, fide & amore in rem Ecclesiasticam & literariam, dum vixit excellentissimus, & docendi dicendique, vt ex sermone Epitaphio liquet, peritissimus. Quæ enim tria M. Tullius in Oratore desiderat, scilicet vt doceat, delectet, & moueat, ea summe Nervitius noster tenuit, sic vt rem illustraret differendo, animos audientium deuinciret voluptate, eosdemq; promoueret atque incitaret. Quo factum, vt cum auditum esset, eum esse concionaturum, loca in subselliis occuparentur, templa complerentur, corona multiplex, & auditor omnis adstaret erectus. Hoc igitur labore, sed & morbo ex eo confectus, septuagenario maior extinctus est, humatusque in Æde D. Floriani Clepardia ad Cracouiam. Tumulum executores hoc sepulcrali Elogio exornarunt.

R. MARTINO NERVICIO CLODAVIEN.
 S.T.D. CANON. S. FLORIANI. IN PRÆCIPUIS
 HVIVS VRBIS TEMPLIS. ET SERENIS.
 QVONDAM SIGISM. AVGVSTI REGIS
 POLONIAE CONCIONATORI. VIRO
 MIRE FACVNDQ ATQVE ELOQVENTI.

INCRE-

INCREDIBILI LABORE ATQVE INDV-
STRIA. SVMMO INGENIO ET DOCTRI-
NA, LEGVM ATQVE CONSVETVDI-
NVM ACADEMIÆ OBSERVANTISSI-
MO. MORVM GRAVITATE, VITÆ INTE-
GRITATE INCREDIBILI, SVMMÆ DE-
NIQVE APVD OMNES GRATIÆ, ATQVE
AVTORITATIS. EXECVTORES MOESTI
POSVERVNT. OBIIT 1582. 30. Nouemb.
Hora 16.

STANISLAI STOSLAVII.

In templis dum verba facit Neruius amplis

Et docet abstrusi dicta profunda Sophi.

Innumeræ fiunt angusta Lycea iuuentæ

Nec capiunt populum tecta dicata Deo.

Signum oratoris quod summa frequentia summi

Est auditorum, Tullius ipse probat.

DAVID CHILCHENIVS.

LV.

Regis Poloniae Sigis. III. Secretarius, in Liuania nobilibus parenti-
bus natus. Rigæ primum apud Patres Soc. Iesu, atque Vilnæ, in Ita-
lia deinde, variisque Germaniæ Academiis operam litteris nauauit (v-
sus præceptore Friderico Bartscio Braunsbergense insigni Patrum So-
cietatis Iesu Theologo & Concionatore, qui scripsit *Concionum Contro-
uersarum, siue demonstrationum Catholicarum, contra quasuis nostri seculi Hære-
ses Tomos duos*) Inde in Gallias & Britanniam profectus, cum varios pro-
fessores audisset, suprema Iurisprudentiæ laurea decoratus, in patriam
rediit, magnoq; illi Zamoscio ob præclaras animi dotes, & scripta pru-
denter in Iure Ciuili Pragmatico conscripta, magnopere gratus. Fama
deinde, vt fit, in dies magis magisq; notus, & in aulam accersitus, Sere-
nissimo Regi à Secretis fuit. Quin & à Iusto Lipsio litterarum sui æui
Coryphæo, absens litteris colebatur: & à Duce Raduillo M. D. Lit. Ge-
nerali exercituū, militarib. turmis cum dignitate præficiebatur, in quo
officio & vitam expirauit, parto longe clarissimo nomine Anno 1608.

IOANNIS SCROBCOVII.

Vilnæ Castilides agnouit Pallada querens

At Brytana pedes & loca Galla tulit.

K 2

Arolum

*Arolum & Rhenum sulcauit Tybridis alueum
Lustravit claras Antenorisq; domus.
Tandem defessus placidam requieuit ad vmbra
Iustiniani ardens inde redire domum.
Inuisit patriosq; lares: quem fouit Apollo
Officio en fractum Martis abire legis.*

LVI.

MARTINVS LEOPOLITA.

REgis Sigism. Augusti Organarius, in inclyta Leopoli natus, quæ
Duce Leone Russis imperante, tali sub climate ac sydere sua pri-
mordia cœpit, vt ad omnis generis artes & scientias, apta producat in-
genia: & non intra domesticos modo parietes, industrios viros foueat,
sed toti fere Poloniæ tales affatim suppeditet, vt sola prope semina-
rium, & mæchanicorum & militarium dicatur, quinimo & præstantis-
simorum in qualibet scientia Doctorum; nec enim ars aut scientia tam
difficilis reperitur, quam non adnatam sibi Leopolitanus dictam ve-
lit, si modo parumper in ea versetur. In his & Martinus noster, Poeti-
ces atque Musices studio deditus, primus è Sarmatia fuit, qui sobrie
melodia delectatus, totius anni cantus Ecclesiasticos, aliosque extra-
ordinarios & solennes, ita artificiose, ita concinne ac suauiter fluxit, vt
qui Choralis cantui, accommodatius Figuralem iunxerit, nemo ex Eu-
ropæis adhuc, ne dicam Polonis fuit. Et figuralem ipsum per se, quam
suauis melodia struxerit, vel sola Paschali Processione audita, periti qui-
que eius artis, haud satis certe demirari possunt. Tum quoque illam,
quam D. Patrono suo Martino Turonensi Episcopo, cantilenam, &
sonis Musicis, & versibus piis conscriptam, venerationis monumen-
tum perpetuum reliquit. Et licet plurimi fuerint nostrum, qui in me-
dia Roma exercitati, ipsum exæquare voluerint, imò & noua Musices
instrumenta excogitauerint, nullus illorum tamen, eam laudem, quam
Martinus, in Polonia assecutus est, quamuis præter domesticam disci-
plinam, hoc est Academiae Crac. præceptores, nullum alium magistrum
extraneum habuerit. Imo summus in sua arte sine dubio foret, si, qua
erat ingenii præstantia, vita sibi paulo longior contigisset. Vfus fami-
liaritate Ioannis Cerui Tucholiensis, qui Leopoli annis quinque Gy-
mnasio Præfectus, ac tandem pro meritis pingui sacerdotio beatus, re-
liquit *Farraginem Actionum Iuris Ciuilibus Theutonicis Maydeburgensis libris se-
ptem pulcherrime digestam.*

*Leopoliens.
apti ad
qua suis sci-
entias ad-
discendas.
Vfus praece-
ptore Seba-
stiano Fel-
stinensi, qui
Musice
Simplicem,
seu de can-
tu Grego-
riano libel-
lū scripsit.*

*Paligonijs,
Zelenicijs,
Christopho-
rus Kicker
& Brandus
Posnaniens-
is Soc. Iesu
Theolog.
summi in
Polonia Mu-
sices com-
positores
fuere.*

Io. SCRO-

IO. SCROBOVICII.

Quid tibi vis viridi longe dignissime lauro
 O Phœbi Martine propago.
 Nobilis Aonias retulisti rite corollas
 Et laudum pœana tuarum.
 Et merito: meruit genij vis, viuida virtus
 Hoc animi meruit quoque robur.
 Conati Ausonio ingenio superare nitentes
 Sæpe melos patrium erubuere
 O victor dulci Daphnes certamine, laudis
 Condas aeterno tegmine frontem.

MARTINVS PILSNENSIS.

LVII.

Martinum Pilsnensem audeam cum Valentino Vidauio Theologo
 grauiſſimo, Poloniæ noſtræ Iſidorum nominare: vt qui cum pri-
 ſcis illis Theologis ingenii doctri-næq; præſtantia comparandus eſſe
 videatur. Is ſacram lauream authoritate Reuerendiſ. Domini Philippi
 Padneuii Epilcopi Crac. Cancellarii Vniuerſitatis conſecutus *multas* *Ann. 1579.*
doctiſſimas Homilias ſcripſit: itidem Diſcurſus & examina ſpirituum. Nemoq;
 ſane illo doctri-nam ſacram aut in ſcholis doctius interpretatus eſt,
 aut copioſius in concionibus explanauit. Nemo in animis ad virtutem
 inflammandis, & à vitiis reuocandis acrior aut ornatior Orator fuit.
 Fuit namque bonus Logicus, diſputator acutus, bonus Phyſicus, bo-
 nus Metaphyſicus, Mathematicus bonus, Iuriſperitus, Oeconomus,
 Politicus, denique optimus Theologus, & qui alios docendo, ea ipſe
 pie, modeſte, & humiliter exequabatur, ſanctumq; Martinum Patro-
 num ſuum, quoad vixit ſumma deuotione venerabatur. Ex eius diſci-
 plina, cum alii multi viri clariſſimi prodiere, tum celebris ille Eccleſia-
 ſtes, Petrus Scarga Soc. Ieſu Theol. Conditus eſt Crac. in Æde SS. O-
 mnium hoc Elogio (extatque laudatio funebris Valentino Vidauio
 Doctore Theologo editore.)

R. EGREGIO ET CLARISSIMO DOMI-
 NO M. MARTINO PILSNEN. PHILOSO-
 PHIÆ ET S. T. DOCTORI. CATHEDRA-
 LIVM ECCLESIA RV M CRAC. ET VRA-
 TISLAVIEN. CANONICO. HVIVS ECCLE-

K 3

SIÆ

SIÆ PRÆPOSITO, ET CRACOVIAN. A-
CADEMIÆ XVI. COMMV. RECTORI. VI-
RO DOCTISSIMO. DE ECCLESIA ET A-
CADEMIA BENE MERITO, &c.

Executores hoc pignus amoris & honoris posuerunt. Obiit A.
D. 1591. die 23. Aug. ætatis vero suæ anno 63.

HIC IACET SEPULTVS, ORETVR PRO
EO.

IO. SCROBOVICII.

Rectoris dederant huic Musæ munera fecit

Inclyt a lauro horti Pallas ouare sui.

Instructus Logices humeros splendentibus armis

Post solers Physices transiit omne nemus

Et tandem Physici nemoris secreta relinquens,

Scriptura subiit lata roseta sacra.

Rector erat, mortalis erat, sed gloria vita

illum immortalem perpetuumq; beat.

LVIII.

STANISLAVS ORECHOVIUS.

*Nam ex
Græcarum
litterarum
fuit peri-
tus.*

*Educatio
plurimum
a bonita-
tem vita
confert.*

DEmosthenes Roxolanus, ob dicendi libertatem, & sermonis ve-
hementiam appellatus. Is in districtu Præmisliensi Equestris Or-
dinis maioribus natus, traditusq; à parentibus Wittembergam, in M.
Lutheri ludo adoleuerat (audiuit & Melanchtonē, vt ex epistolis eius
patet, quas manuscriptas asseruant viri docti; & vidimus Cracouiæ, a-
pud Io. Rybcouicium Theologum Professore) indeq; in Italiam mis-
sus Io. Baptistam Egnacium, insignem apud Venetos Oratorem & Hi-
storicum præceptorem habuit. Tãdem ad penates domesticos reuer-
sus, sacrisq; ordinibus suasu parentum initiatus, inter Canonicos Ca-
thedralis Ecclesiæ Præmisliensis haud contemnendum locum sortitus
fuit; sed quem certe non pro voto illorum ornauit, imbutus depraua-
tis moribus Hæresiarcharum. Cumq; toties in Capitulo à Io. Dziaduf-
cio Episcopo suo correptus, ægre eam admonitionem pateretur, nec
vt paternam disciplinam susciperet, verum ad suam potius temerita-
tem prosequendam, ansam sibi dari existimaret; relicto sacerdotio, v-
xorem in matrimoniū, & quidem è nobili familia duxit. Quo factum,
vt à vigili pastore Episcopo suo proscriptus, lutulentoq; illi porcorum
Saxonicorum gregi anathemate dicto adscriptus, multas in patria tur-
bas,

bas, versatili ingenio suo exciuit, multa contra ordinem sacrum nefariis scripsit, & patrimonium illorum multum cum aliis similibus vexauit, imo dux & antesignanus fuit, ad omnia peruersa, potenti illo suo eloquio, quippe cum ingenio summis quibusque, etiam antiquæ memoriæ Philosophis par fuisset, dicendi vero facultate, ipsam Demosthenem aut Periclem exæquaret. Tandem aliquot post annos, miseratus sui ipsius, diuinæ non restitit vocationi, sed excepit humiliter pulsantem ad cor Dominum, & pœnitentiam egit. Cumque multoties municipalis soletet fieri legatus ad Comitata Regni, in illa Varsouiens. Synodo, quæ in annum post mille quingentos primum & sexagesimum inciderat, ad gremium Ecclesiæ postliminio rediit, & paulo post in Petricouensi Synodo *Fidei Confessionem* publice fecit, quam & publicis litteris, monumentisque consignauit. Atque iam ex eo tempore serio contra Hæreticos pro Christi Ecclesia scribere cœpit; disputauitque primum in præsentia Archiepiscopi Gnesnen. Iacobi Vchauicii, cum Andrea Fricio Volboriæ; postea Varsoviæ in præsentia Regis Augusti cum Stancaro Mantuano; tum & aliis in pluribus locis, illustrium & Doctorum virorum corona assistente, præcipue vero Pinczouiaæ atque Præmisliæ, semper Deo fauente cum victoria, summaque cum vtilitate fatiscentis tum Ecclesiæ Polonæ. Scripsit multa, & in re ciuili, & in nostrorum hominum laudibus, sed præcipue tamen in olores Religionis Catholicæ, hoc est. *Quincuncem*, & *Apologiam illius*, *Hymeram*. *Mediatorem*. *Fricium*. *Dialogos*. *Fidelium subditum*. *Orationes de notis Ecclesiæ*. *Exequias Tarnouij*. *Gesta sui temporis* (nam & Historicam attingit) *id est regnantibus apud nos Sigismundo Seniore*, & *Augusto F.* Item *Parægyrim nuptiarum eiusdem Regis Augusti*, & *alteram sui Pol. max. hi Ioan. Tarnouij*. *Orationem pro dignitate sacerdotali*. *De præstantia legum Polonicarum*. *In obitum Sigismundi I. Turcicas tres*. *Po*, & *contra celibatum*. *Pro Ecclesia Christi ad Samuelem Macieioium Episcop. Cracou.* *Institutionem Principis*, *Epistolas Familiæres*: quarum maxima pars adhuc in obscuro iacet, & *librum de summa Regni*. Audio & alia quædam de Republic. authographa ipsius à quibusdam priuatim, cum nominis eius forsitan, certe cum publicæ vtilitatis iactura, detineri. Nobis hæc tantum, quæ retulimus, innotuere. Ille vero ipse à sacerdotio funditus remotus, in media plebe, cor contritum & humiliatum gerens, recompensabat fraudata Ecclesiæ dicto, scripto & facto. Et quamuis multorum in se prouocasset odia, quod reuocato gradu ab æterno præcipitio illorum, respexisset seipsum.

Conuersio
Orechouij.

vid
Varsoviæ
Confessio in vit. pa
Fidei. rallel. p.

Labores
pro Ecc. sua
Romæ.

141.

XII

seipsum aliquando, & receptu canente Ecclesia collegisset se, ex illo
ærumnoso sectarum salo, feruenter & frequenter impugnans errores
ipsorum, licet & stipendiis illis priuatus, quibus ab antesignanis Hæ-
reticorum abunde alebatur, lætus attamen & lubens, constantem &
indefatigabilem animum, contra quosuis Fidei Romanæ hostes ges-
sit, & vt ipse in typo chimeræ de se loquitur.

Pro Patria, pro Legibus

Proq; Religionibus

Auitis, atque patrijs

Paratum vitam fundere.

STANISLAI STOSLAVII

Attica Orehouius fuerat caput ille Minerua

Ausonia suada vera medulla fuit.

Dum strueret Lechis patriis ei:ctus ab oris

Sacrilegum Stancar Hæresiarcha nefas

Vicit Orehouius generantem monstra Chymeram

Cesserit vt Lechicis bellua dira plagis

Non vicisset eques armis circumdatus Oxi

Bellerophon, calamo quam tua dextra feram.

MICHAELIS GRODZICKI.

Et dolet & quaritur patriam gentemq; Polonam

Oxius imbutam moribus esse nouis

Sarmatici mores veteres fundamina Regni

His stetit imperium maxima Roma tuum

Quam bona Orehouio patriæ sit diserte cura

Cui basim propriis vult reparare libris.

NICOLAI ZORAVII.

Si licet amplecti famosum dogma Platonis

Quod mutant animi corpora corporibus.

Spiritum Orehouius certe Demosthenis hausit,

Vel Ciceronis quo lingua diserta fuit.

LIX.

IACOBVS PRILVSIVS.

Pari doctrinæ rerumque gestarum gloria Orehouium Iacobus Pri-
lusius subsequitur, cui propter communis vitæ societatem à puero
arcte

arcte deuinctus fuit. Orator & Poeta insignis; sed & transfuga è castris Ecclesiæ Romanæ, namque eadem, qua & Orechouius impietate Lutherana imbutus, reliquit velut mercenarius oues Ecclesiæ Moscicensis, cui Parochus & pastor datus præfuit; transiitque ad cœnosos illos Wittembergenses porcos, vt in cœna cum illis loco panis viui, Hæreticis siliquis infarciretur, omni farina cassis. Ductaque vxore mulierofus sacerdos Vicegerentis officium in Castro Crac. habitu sæculari gessit, Kmithæ Palatino Crac. magno in Polonia Senatori & litteratorum fautori, ob ingenij præclaras dotes, & Iuris patrii peritiam in primis charus, atque ex eo reliquis in Polonia Dynastis, tum & ipsi Regi Augusto, in cuius parentis obitum, hoc est, Sigis. I. Orationem longe disertissimam scripsit. Itemque Librum de Legatione, Librum Statutorum Regni, Poemata varia, & librum Epistolarum familiarium, minime familiaris ipse Catholicis, quod ad euertendam Ecclesiasticam disciplinam natus, imitaretur lenones illos Saxonicos Carolstadios, Buceros, Melanchthones, Pomeranos, aliosue plurimos, eius farinae perditos ac perfidos homines, quorum exemplo, nomine patrio amisso, Euangelicus pro Christiano vocitari maluit, maior apud posteros futurus, si minor esse voluisset.

Regnante
Augusto in
Polonia,
pauci valde
de Senato-
res Catho-
lici fuere.

IO. SCROBOVICII.

*Magnus erat, maiorq; esset, sed magna sophia
Vis fastu inflauit, perdidit atque virum.*

ANDREAS MODREVIUS.

LX.

Regius Secretarius, seu mauius lutulenti illius subulci Lutheri, cuius nefariis dogmatibus imbutus, infestabat Ecclesiæ portas, dicendo quæ non oportuit, scribendo quæ non licuit, & agendo quæ non decuit. Cæterum ab Orechouio toties repressus, & vt dicitur, digito labra compescere coactus, in illa solemni disputatione Volborienti, in præsentia Archiepiscopi Gnesnen. Vchanicij, qui Episcopus Vladislauensis adhuc, frui eum bonis Ecclesiæ suæ facile permittebat, quod & vit circa Oeconomiam industrius esset, & super certas Ecclesiæ illius scultetias data sibi ab antecessoribus priuilegia haberet. Cæterum non tulit hoc succedens Vchanicio Zelosus ille de religione Karnkouius, qui vt primum Episcopam illam ingressus est, statim numerare illi pecuniam iussit, impium, inquit, hostem Ecclesiæ pane illo vesci, me præsertim

L

præsertim

praesertim pastore inspectante, qui solis tantum veris Dei cultoribus est comparatus. Scripsit nihilominus Modreuius egregium De moribus libellum, itemque alium de Legibus, & de Bello ad Augustum Regem, in quo ingentem facundiae suae vim, & ingenii vires declarauit. Scripserat & de Schola, atque Ecclesia. Sed quia erroribus haec resperferat, ideo à piis & probis contempta, periere cum sonitu, sicuti & alia sua scripta, his supradictis exceptis, in quibus nullam religionis mentionem fecit, vti sunt & de emendanda Republ. lib. 3.

IOANNIS SCROBOVICII.

*Flos inter spinas sapiens Modreuius inter
Hereseon tribulos est sine fruge decor.*

LXI.

ANDREAS TRICESIVS.

Multarum linguarum peritus, & Poeta praestantissimus. Is in submontana Poloniae parte claris maioribus ortus, vtriusque linguae diuitiis Cracouiae in Academia comparatis, sumptaque prima in artibus laurea, adolescens Louanium se contulit, vbi & Hebraicas litteras iuauit. Mox Gallias, Italiam, Hispaniam, Angliam, aliasque politiores gentes adiit, & bonam fere aetatis partem, orbem peragrans circumquaque consumpsit, ex quo multiplex eruditio, Philosophicarumque rerum haud mediocris intelligentia in illo fuit, vt & liber Epigrammatum illius atque Epitaphiorum hoc ipsum testatur; sed praecipue cognitio Historiarum: quibus in memoriam redigendis, collocandisque; ac certa quadam sede distribuendis, subtili usus est artificio, vt ad arbitrium eo ordine cuncta narraret, vt ne latum quidem unguem à certis rarisque temporibus aberraret. Itaque tot annorum diffusa inter se interualla, tot saeculorum remotissimam memoriam, ita in animo suo contraxerat, vt Regnorum vicissitudines, Pontificum res gestas, Regum & Imperatorum dominia, tanquam de scripto, non sine omnium admiratione commemoraret. Amicos coluit Io. Cochanouium. Iacobum Prilusium. Io. Macinium. Andream Patricium. Petrum Roysium Hispanum, & qui sua aetate ingenio & scriptis florere. Bibliothecam optimis cuiusque generis libris instructam, & scripta sua haud perfecte descripta posteris moriens legauit. Immaturum enim fatum (licet satis vixisset) surgenti doctissimi hominis famae quasi securim iniecit, & felicem eius gloriae cursum, tum cum primum florere coepisset, inopinato interrupit.

*Scripsit
Roysius
Oeconarius
in laudem
S. Stanislas
& decisio-
num Lith-
uanicarum
volumen.*

Io. Ias.

IO. IASCROVICII.

*Qui multos lauri fuerat dignatus honore
A multis merito concelebrandus erit.*

STANISLAUS SOCOLOVIVS.

LXII.

S Floriani Clepardiaë Præpositus & Canonicus Cracouiensis, cele- Primam
berrimi olim illius Professoris Iacobi Gorscii, felix discipulus; præ- lauream
stanti vir ingenio, & lingua vtraque egregie doctus: quod vtrumque An. 1561.
vitæ probitas, & humilitas summa condecorabant ita, vt magno illi sub eodem
Regi Stephano Bathoræo, perpetuo carus existeret, & quem ille vno illo præce-
obutu perlustratum, suum Ecclesiastem, opimis sacerdotiis & hono- ptore suo
ribus auctum habere voluit. Is igitur pro officii sibi iniuncti magnitu- Dicano Ar-
dine, talem se in omnibus præstitit, qualem eum mater Academia, & v- tistica fa-
niuersus sacer ordo, in oculis sui Principis videre desiderauit, indu- culcatis ob-
strium, grauem, sobrium, eruditum, constantem; vt quem natura, suada, tinuit. Se-
sophia; ob ingenii, eloquii, doctrinæ meritum, suum sibi mystam ele- cundo au-
gerunt. Atque ita, in specula tali constitutus *Censuram Orientalis Ec-* anno Ma-
clesiæ, Latio donatam, nobis optimis illustrauit. Ad Wittembergensium Theolo- gisterij ti-
gorum inuectiuam, docte & luculenter, lacepsitus respondit. De vera & falsa Ec- tulum.
clesiæ discrimine, tres libros egregios conscripsit. Itemque Iustum Iosephum fecit.
Ecclesiasticas Partitiones. Quaestorem seu de parsimonia & frugalitate, atque ad
ex remum Notas in Euangelia Matthæi, Marci, & Luca Tomo vnico comprehen-
dit. Vna restabat Oratio de Ratione studij ad Nicolaum Volscium Regni
Marsalcum Mecenamem suam conscripta, ni mors præuenisset impri-
menta: sed & hanc iam suo patrono posthumam, vt par erat reddi-
dit M. Iacobus Ianidlouius I. V. D. Anno 1619. Decuit enim tanti viri
vigilias ab interitu vindicare, quem vniuersi Polonia Antistites sum-
mo in honore ac veneratione habuerunt, & quo pauci Theologiæ do-
gmata purius atque nitidius explicarunt, pauci errores sectariorum e-
loquentius atque validius confatarunt.

IO. SCROBOVICII.

*O vere charitum grate cohortibus
Ingens Sarmatici gloria sanguinis
Doctrinæ exhilarans lumine, viflula
Flumen quos alit inclyti.
At non vt reliquum de soph: cogrege*

L 2

Vulgus,

*Vulgus, sed rosei ceu Hyperionis
 Fax, verrens patulos dum aetheris ambitus
 Ignis spicula differit.
 Non te lucifluum tristia nubilant
 Non te flammicomum nubila polluunt
 Lux es tota rubens, tota q̄, candicans
 Lux es tota q̄, stellulans.*

LXIII.

STANISLAVS GRĒPSIVS.

Nicolai de Bodzecin auditor, multiplici laude nomen suum immortale reddidit, nam & trium linguarum exacta notitia, quæ ad homines illustrandos vna fere sufficere semper existimata est, non exiguam partem in huius viri laudibus occupat, & vniuersæ Philosophiæ perfectissima cognitio, luculentum testimonium præstantis ingenii exhibet, & singularis prudentia atque eximius rerum vsus, idem quoque dicunt, sed in primis eum summum religionis ac pietatis studium commendat, quod ipsum certe nunquam interire nomen illius patietur, & quod eum amicum Magno illi Socoloquio fecerat, qui ipse pius & omnia prudens, non nisi similem sibi moribus & doctrina Grepsium amare potuerat. Viri enim sapientes non nisi ab æqualibus redamari patiuntur. Et hoc istud erat, quod Patres Academicos mouerat vt Grepsium, artium liberalium Magistrum creatum, in publicam stipem, & domum Professorum Maiorem vocarent, vbi scriptorum omne genus euoluens, Gulielmi Budæi doctissimis libris de Assè, suum quoque *de Multiplici Siclo & Talento Hebraico* supplementum, cum summa nominis Polonici gloria addidit. Item *de Mensuris Hebraicis tam aridorum quam liquidorum, & Geometriam Polonicè scriptam*. Sed vt nihil est in rebus humanis perpetuum, non diu vitalis, ætatis sexto & quadragésimo, quasi terris tantum ostensus, ante diem ereptus est, anno salutis per Virginem partæ MDXXII. Conditusque in Æde S. Annæ, ad parietem dextrum, à porta communi, qua templum ingreditur, addita inscriptione.

VIRO NOBILI STANISLAO GREPSIO.
 IN VNIVERSITATE CRAC. PVBLICO
 PROFESSORI, LATINE, GRÆCE, AC HE-
 BRAICE PERITISSIMO. VITA ET MORI-
 BVS PHILOSOPHO. STANISLAVS SOCO-
 LOVIUS

SCRIPTORVM POLONICORVM.
LOVIVS AMICO ET COLLEGÆ SVO
POSVIT. A. D. MDLXXII.

85

IO. COCHANOVII.

*Græcum te, an dicam, Græpsi facunde, Latinum
Ambigo: sermo ita erat notus vterque tibi.
At tu Sarmata eras, sed cuius ob os sua Græj
Ora obuertebant, Ausonijsq; sua.*

IOANNES LATOS.

LIV.

CRacouiæ honestis parentibus natus; Rethor, Philosophus, Ma-
thematicus atque Medicus excellentissimus, non vulgarem fa-
mam promeruit, scripto tractatu, *De mutationibus Regnorum*, tum obser-
uationibus quoque in Ecclipses atque Cometas aliquot. Tantos enim
ea in scientia progressus fecerat, vt nemo illum ætate sua vicerit, (in
Polonia præsertim) paucissimi æquarint. Quare nimium sibi, au-
sus erat Calendarium à Greg. XIII. promulgatum, per Clauium ali-
osue correctum, calamo laceffere, consultius eam in rem aiens se ali-
quid adferre posse. Cæterum quia vox vna fuit, eaque obstinata, ideo
nulla: cum & ipse Academia neglecta, concessisset in Russiæ tractum,
scissum tunc ab Ecclesia Romana, ob festiuam vt aiunt illam promul-
gationem Calendarii, diuertissetque ad Ducem Ostrogium Constan-
tinum, Palatinum Kiouiensem, potentem tum patronum omnium
Schismaticorum. A quo liberaliter exceptus, & benigne habitus, scri-
psit proprio iudicio *Correctionem Calendarij*, quam nec peritiores postea ali-
qui improbarunt; licet & oppugnarint etiam nonnulli. Ast ego Eccle-
siæ decretis standum putarim, quæ errare non potest.

*In artibus
lauream
consecutus
in Acad.
Crac. An.
1566.*

NICOLAI ZORAVII.

*Postquam circuitum stellatus fecerit orbis
Cuncta ad pristinum sunt reditura statum:
Et tu Latosi addisces elementa secundo
Et studiosus eris Doctor & Astrologus.
Atque iterum iussu Romani Præsulis auctor
Hic erit Idus qui non male constituet,
Quæque fuere prius sient hæc cætera cuncta
Si licet antiquis credere dogmatibus.*

L 3

Tunc

Ἐκαστὸν τὰς
 Tunc memor ad nullos discursos exsere dextram
 Et tibi te miserum sit satis esse semel.

IO. SCROBOVICII.

Cur vni tantum Latos natura fauisti?
 Est modus. Animio lapsus hic ingenio.

LXV.

VALENTINVS VIDA VIVS.

Sub Iosepho
 Vrendonio
 Artistica
 facultatis
 Decano.

Cognomen à natali solo Vidava, insigni Siradiensis terræ oppido (hæc autem mædia inter Maiorem atque Minorem, Polonias iacet) mutuatus, excellenti fuit ingenio, vt non à patria decus mutuari, sed ipse præstare videatur. Principijs Grammatices domi imbutus, vbi per ætatem licuit, ad Academiam Crac. perrexit, & in disciplinam sese Stanislai Grebsii tradidit; quo informante ac promouente, cum Simone Sirenio, Martino Viasdouio, Bartholomæo Vargocio, aliisque viris clarissimis, primam in artibus lauream vna obtinuit. Tandem in Magistrum promotus, summaque professionis Theologicæ, temporis successu laurea donatus, atque in auctoribus cum sacris tum profanis egregie versatus, supremam diu scientiam Theologiam magno auditorum concursu explicauit: scripsitque librum de Indulgentijs longe doctissimum & utilissimum, contra negantes eas posse iure aliquo fieri, & Orationes nonnullas, quarum duæ eidem libro annexæ visuntur. Vna, qua, Scholasticam Theologiam: altera, qua Collegam suum Martinum Pilsnensem defunctum laudauit. Illum vero, Io. Clobucius, nostra ætate Orator præstantissimus. Conditus in Æde SS. Omnium, ad dextrum maioris altaris latus, tabula marmorea supra fores sacristiæ, cum hæc epigraphæ, appensa.

REVERENDO AC CLARISSIMO DOMINO M. VALENTINO VIDAVIO, PHILOSOPHIÆ ET S.T.D.S. FLORIANI DECANO. HVIVS ECCLESIAE PRÆPOSITO. AC ALMÆ VNIVERSITATIS CRAC. ALIQUOTIES RECTORI. VIRO SPECTATÆ VITÆ. PROFESSORI DOCTISSIMO, DE ECCLESIAE DEI BENE MERITO. VIVVS ENIM HANC ECCLESIAM STRUCTV-

RA

RA NOVA ORGANORVM. QVÆ IGNI
 CONSUMPTA ERANT ORNAVIT. PA-
 VIMENTVM DEPRESSVM EREXIT.
 SVBSELIIS CONDECOR. PRÆPOSITV-
 RÆ PROVENTVS IMPLICATOS SVA
 DILIGEN. AVXIT. EXECVTORES HOC
 MONVMENTVM POSVERVNT. VIVAT
 DEO. OBIIT A. D. MDCI. Dic 12. Nouemb. ætatis
 LIX.

IACOBI VITELLII.

Sarmatiæ vt tenebras monstrosa q̄ dogmata circum

Cociti infudit prodigiosa lues.

Tunc Vidauus velut æthereo delapsus olympo

Sol, proprio noctem lumine abegit atram.

IOANNES MACINIUS.

LXVI.

Equestris ordinis maioribus, in Palatinatu Siradiensi natus, exoti-
 carum linguarum peritia, vel exterorum hominum testimonio cla-
 rus, quibus tum ob ingenii præstantiam innotuerat; maxime Iosepho
 Scaligero Græcarum litterarum Coryphæo. Erat quoq; familiaris Ca-
 rolo Sigonio, colebatur & à Turnebo atq; Vrsino, & omnes qui ali-
 quid de ingenii poterant iudicare, amicitia atq; honore dignum exi-
 stimarunt. Sed inter omnes Io. Cochanoius, Sarmaticus Vates, qui
 pro ea, qua inter se deuincti erant amicitia, tale in *eius Lexicon Latinopo-*
lonicum Epigramma lusit

accisis Italum rebus, Romaq̄, subacta

Cum patrium fugeret lingua Latina solum.

Exul Sarmaticis vltro consedit in oris

At sane illam huius non piget hospicij.

Huic datus interpres Macinius utpote clarus

Æque Romano ac Sarmatico eloquio.

Tum inter alios & Petrus Roysius Hispanus

Hoc vbi vidit opus Macini Roma politum

Dixit, habentne suum Sauromatæ Latium?

Magne etenim ac diuturno labore, attulit nobis vocum singularum
 interpretationem in opere illo sufficientissimam: atq; non hic cessan-
 dum ra-

dum ratur, è conuerso iterum *Polonicolatinum Dictionarium fecit*, primusque ex Sarmatis Calepinum, aliosque de re litteraria meritos, in vocum obscurarum illustratione, atque vernacula interpretatione imitari cœpit. Clarus fuit & carminibus pangendis, siquidem à cunabulis pœne in litteris eruditus, deinde inter Philosophos enutritus, exactam Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, aliarumque linguarum scientiam consecutus est. Ætate vero adultior, ad exquisitiorem ingenii cultum Italiam, Hispaniam, Galliam, Britanniam, aliasque Prouincias emensus est. Post in patriam redux Magno illi Regi Stephano Bathoreo perpetuo adhæsit, & ob prædictas animi dotes, insigni annuo reditu ab illo donatus fuit.

IACOBI VITELLII.

*Fama decusq; tuum tanto conspectius in te
Nomen habent Macini maxime gente tua.
Cum generi illustriq; tua stirpi atque vetustæ
Nobiliora addis stemmata ab ingenio.*

LXVII.

NICOLAUS COPERNICVS.

NON est quod in celebrando Nicolao Copernico desudem, quem ipse terrarum orbis, insigni illa, de motu terræ assiduo, sua opinione ab illo illustratus prædicat. Is Torunii in Prussia natus, sumptis in alma Vniuersitate Crac. Mathematicarum disciplinarum principiis, diuersas Germanorum Academias inuisit, tum & aliorum, vbi tum hæc studia florebant. Carus in primis ob singularem eruditionem excellentibus in Borussia, viris, summaque dignitate præditis; in his Ioan. Dantisco Episcopo Varmiensi, & Io. Tidelmano Episcopo Culmensi, à quo postea Collegio Canonorum Varmiensium adscriptus fuit. Vtque ad posteros etiam manaret suæ scientiæ vtilitas, ad scribendum, quæ recte cogitasset, obseruassetque, animum appulit, & adinuenit nouam, veteribusque incognitam Astrorum supputationem, circiter annum 1540. Cuius, cum plurimos alios sectatores inuenit, tum è discipulis acutum illum suum Tychonem. Reuera enim vt Hercules Athlante laborante cœlum sustinuit, ita ille Ioanne Regiomontano populari suo deficiente, motuum cœli doctrinam discipulis suis restaurauit, atque omnes sua industria Mathematicos plurimum iuuit. Tu plura de illo, vide apud Nicolaum Mulierium in Præfatione super

Reuolu-

*Condiscipulus vero
suus Iacobus Cobilinius
scripsit Astrolabij
declARATIONEM.*

*Io. Regiomontanus
Borussus insignis
Mathematicus.*

Reuolutiones ipsius. Reliqua manuscripta ipsius asseruantur in Bibliotheca Episcoporum Varmiensium, quæ nuper reuidit clarissimus vir. D. Ioannes Broscius Ordinarius in Acad. Crac. Matheseos Professor cuius nunc prodiit Arithmetica Integrorum, aliaque in dies expectamus, vti promiserat sub finem libelli illius.

NICOLAI ZORAVII.

*Iuppiter vt vidit quod mente Copernicus orbem
Contra natura iura creasset homo.
Vt vidit cœlum fixam à statione teneri
Currente & terrâ sydera stare bene.
Anxius atque memor quid possent bella Gygantum
Aut aliquem in terris fors superesse Deum
E cunctis querit Diuorum matribus, an sit?
Qua tantum dicat se genuisse virum.
Non sumus illius Diuæ dixere Tonanti
Sed Lagellonis docta palastra parens.*

IO. SCROBOVICII.

*Cur metam Lachesi non ponis diæ Mathesis,
Omnia ad exactos qua reuocas numeros?
Conditor ecce tuus moritur. Qui tempora mensus
Debit heu ipsis cedere temporibus.*

IACOBVS UVIECIVS.

Theologus Societatis IESV, & Concionator celeberrimus, nec non Hæreticæ prauitatis impugnator acerrimus. Ipse enim primus à Societate, quasi alam ac turmam militum, in gliscentes tum per Poloniam Nouatorum factiones, duxisse videtur. Nascente enim in Maiori Polonia Rebaptizatorum ac Sacramentariorum peste, impiorum conatus, qua concionando assidue, qua stilum versando fregit, vt Tomi illi duo suarum Concionum in anni totius festiuitates atque Dominicæ conscripti testantur, & Apologia. Itemque Biblia, notis illustrata, & in patrium sermonem translata. Natus ipse in oppido Maioris Poloniæ Vagrouecensi, puer Crac. in Academia Philosophicis studiis operam posuit; g

Trium linguarum peritissimus Græcæ, Latine & Hebraicæ. In primis enim scripsit De concione Sacramentariorum Sandomiriensi.

Item de Purgatorio. Item Dialysim assertionum Iacobi Niemoieuij. Item de Ecclesiæ contra eundem. Horarias preces B. M. V. Vitam & doctrinam Christi. Latine vero scripsit Defensionem sacrifiij Missæ, aduersus Franciscum Stancarum. Item Libellum pro diuinitate Christi Domini & S. f.

Primam in philosophia lauream in Decanatu Alberti Leopoliensis Anno 1559 sumpsit. Anno salutis 1564. Habuit & in Societate contra neum Iacobum Vagrovacensem qui postillas in Evangelia scripsit.

fuit; gustatisque ibidem Theologiae rudimentis, in Germaniam, & inde in Italiam ad excolendum magis ingenium profectus, quia ad supremum pietatis apicem, totis semper praecordiis anhelavit, religiosum vitae genus inter PP. Societatis IESU amplexus est. Atque ita sacerdos in patriam reuersus, insultantibus tum nouae vineae Patrum, non Haereticis solummodo ipsos (quos ille solus pæne Domino cooperante in Maiori Polonia perfregit) verum mollibus Catholicis quoque, qui tum se summos Politicos iactant, cum fraudum Machiauelisticarum cuniculis Ecclesiam Dei oppugnant, & depressam Haeresim fauoribus suis attollere caput, virusque ipsum reassumere vires, facillime sinunt; magno fuit non adiumento solum, sed etiam ornamento. Fuit eadem ætate & alter Vuiecius Ioannes de nomine, qui scripsit de morbo Irae & Curatione eius. Obiit diem suum bonus atque eruditus Pater Cracouiae Anno MDXC VII.

MICHAELIS GRODZICKI.

*Quod septena decas Regi perfecerat olim
Biblia quæ is dederat vertere sacra virum,
Sarmatica vertit Vuiecius Biblia lingua
Quod tantum Aegypto fecerat agmen, agit.*

LXIX.

MARTINVS SMIGLECIVS.

Ann. salutis 1581. Scripsit contra Faustū Soncinium Anabaptistam. Item que noua Monstra Arrianiſmi.

Alter in stadium Athleta, Theologus & Concionator PP. Societatis IESU, Martinus Smiglecus prodeat. Is puer his litteris quæ vere vt sunt, ita & appellantur humanitatis Cracouiae in Academia imbutus, lauream vtramque in Philosophia adeptus est; & in vtraque orationis facultate Græca nimirum & Latina, cum laude aliquandiu versatus, in Societatem à patribus receptus est: inter quos exactis summo zelo annis aliquot, pugnavit, & valde cum Anabaptistis Vilenſibus, quos & scriptis Latine ac Polonice passim editis reprehendit, multosque superis fauentibus, ab Arrianismo & æterno precipitio ad gremium Ecclesiae reuocauit, docto illo *Tractatu De verbo incarnato conscripto*, tum & alio *De baptismo predestinatorum. De diuinitate Christi. De usura. De vocatione Ministrorum seu Nodum Gordium*. Atque propter studentium vtilitatem *Logicas Questiones* ac minutiora alia vernacule facta, quibus aut religionem Catholicam propagaret, quam semper ab osoribus zelozissime tutatus est: aut ciuium mores corruptos,

ptos, præcipue iuuenum, instauraret. Quibus & suam vitæ innocen-
tiam simul testatus est, & omnes suæ Societatis Patres, in vinea Domi-
ni incessanter laborare, neminem vero otiosum viuere, suis Polonis
declarauit; verum hunc in illa; istum, in alia professione versari: omnes
autem vnum scopum & finem intendere CVRAM SALVTIS. Talis fuit
& Martinus Laterna Drohobicensis qui Decachordon Spirituale &
Orationes plures scripsit. Talis Georgius Tyskieuicius qui contra To-
ranenses Hæreticos & de perfectione hominis iustum opus confecit.
Tales & cæteri, quos hic omitto.

IO. SCROBOVICII.

*Quid pampinosam dicere Pythie
Vitem, quid audes dicere gemmeæ
Vlmo maritatos racemos
Ceruleæ Tethios genitrix?
Quid transitorias diuitias refers
Persai Amynta? quid canis aureâ
Radice vitem pampinis &
Aureolis rutilam flagellis.
En vera vitis Smiglecius, pios
Doctosq; mundo parturiens botros
Suis queant qui sitibunda
Delicis hilarare corda.*

P E T R V S L I L I A .

LXX.

PLurimos sane cuiusuis facultatis eruditos homines Polonia Ma-
ior nostris temporibus protulit. Inter Theologos quidem Petrus
Lilia Præpositus Sredensis & Canonicus Posnaniens. multis nomini-
bus eminet. Is Posnaniæ, quæ Prouinciæ illius umbilicum fere obti-
net, oriundus, in Cracouiensi Academia, Philosophicas disciplinas im-
bibit, earumque lauream assecutus, nobiles adolescentes, tum publice
tum priuatim instituit. Postea in Italiam disciplinarum parentem pro-
fectus, in ipso theatro Orbis, Romana Academia, Doctoris Theologi
titulum adeptus, insigne specimen ingenii sui declarauit, pluries, cum
in diuersis Academiis, tum in Cracouiensi, pro obtinendo loco inter
Doctores disputando. Quæ inter alias leges sibi publice vtilis, quibus &

*Lex Aca-
demia Cra-
couien.*

M 2

sanxit,

sanxit, vt qui alia in Academia, testimonia eruditionis esset consecutus, eorum domi vsu, à publica disputatione ordiretur, primumque Vniuersitati promotionem & eruditionem suam probaret. Quod & fecit ille, stiloque candidiore *De SS. Trinitate, Orationem contra Arrianos scripsit. Item Salomonem Regem, ad Serenis. Sigism. III. Commentariosq; super Sententias Nazianzeni, quas Græcarum litterarum non ignarus, Latina ciuitate donauit. Scripsit & Actiones pro domo sua, & ad Tarnauium Archiepiscopum Orationes.* Et cum in faciendis ad populum Concionibus esset felicissimus, multis principibus viris existit gratus, quamuis non diu amatus, breui enim febris oppressum domo sua extulit, virtus cælo intulit, vere Liliam fragrantem, conditus vero in Basilica Posnanien. tali epigraphe addita,

D. O. M.

REVERENDO DOMINO PETRO LILIA.
S. THEOL. DOCT. OLIM SERENIS. REGIS
STEPHANI CONCIONATORI. CANONICO
POSNANIEN. PRÆPOSITO SREDENSI. QUI ANNO SALVTIS PARTÆ
MDCVI. MENSIS FEB. DIE XXII. ÆTATIS SVÆ ANNO LX. VLTIMVM CLAVSIT
DIEM.

Exequutores testamenti fieri curauerunt.

ORETUR PRO EO.

IO. IASCOVICII.

*Quam bene conueniant propriis sua nomina rebus,
Testatur nomen Lilia Petre tuum.
Lilia per celebris vite fama q; perennis
Lilia candoris symbola certa probi
Præclara vite & doctrina laude perenni
Flores Petre, tibi Lilia conueniant.*

IO. SCROBOVICII.

*O Petre verum lilium
Toto coruscans corpore
Niuesque mentis candida
Fundens simulq; docta
Et non tibi certissimam*

Virtutis

*Virtutis ample gloriam
Honoris & fastigia
Æterna vendicabis?*

ADAMVS BURSIVS.

LXXI.

Patria Bresinensis, oppido Masouizæ conficiendis pannis celeberrimo, disciplinis ac moribus optimis iam inde à teneris Leopoli imbutus, primaque Philosophiæ laurea in Academia Crac. insignitus, *An. Dom. 1580.* decimo tertio deinceps an. gradū Magisterii in artib. obtinuit: primoque Hierosolymitani Contubernii Præfectus fuit, postea Minoris domus in Acad. Collega. Amicitia eruditorum hominum, in his Simonis Simonidæ, Valentini Vidauij, Andreæ Schonæi, & aliorum æqualium floruit. Neque etiam minori apud Principes & Megistanes gratia fuit, præcipue apud Io. Samoscium Magnum Reip. Cancellarium in amoribus, à quo magnis propositis præmiis, in professionem nouiter institutæ à se Academiæ inuitatus, vixit vxorius Philosophica assidue tractans, nec ab interioribus abhorrens litteris, vt qui mire facundus & eloquens à natura, subtilis insuper, & in omnibus dictis, scriptis, atque factis magnopere grauis, quorum alterum Orationes ad Samoscium à se conscriptæ & publice recitatæ probant: alterum Logica Cic. Stoica libris 4. comprehensa, multum illi litterarum & sapientiæ Aristiti Iusto Lipsio probata.

NICOLAI ZORAVII.

*Quisquis felici vis currere puppe per aquor
Aspice quo splendens sit Cynosura loco.
Ad summos quisquis doctrina tendis honores
Bursius alma tibi stella polaris erit.
Ambo quidem, ad septem sunt sydera post à Trionem
Sed rutilant aliis qualia rara losis.*

IOANNES VRSINVS.

LXXII.

Eiisdem Zamolscianæ Academiæ Professor & Procancellarius. Canonikusq; Ecclesiæ ibidem Collegiatæ S. Thomæ, vna cum Academia, à Magno Reip. Cancellario Io. Samoscio excitatæ. Lauream in artibus primam, decurso studiorum stadio in Acad. Crac. promeruit, *Ann. 1587. Magisterij.*

M 3

quin-

Græca lin-
gua & A-
stronomia
peritissi-
mus fuit.

quinimo & secundam ibidem obtinuit, priusquam ad regimen Gym-
nasii Leopoliensis (vbi illi & patria) fuisset euocatus. Cui cum annos
aliquot præfuisse *Conscripsit scholaribus suis Grammatices & Dialectices præ-*
cepta: tam facili methodo, tamque felici genio, vt altiori litteratura
præditis, non pueris modo ea placeant. Inde Patauium profectus, in
medendi sese arte quinquennio exercuit, & publice Doctor salutatus,
ob eximiam Physices rei que Medicæ peritiam, magnam auctoritatis
& gratiæ locum, apud Ducem Zamoscium obtinuit, à quo stipendiis
non contemnendis inuitatus, multos annos publicum profitendi mu-
nus cum laude sustinuit, *scripsit que de Ossibus humani corporis Tractatus tres.*
Tandemque sacris Ordinibus initiatus, seuerus in primis Ecclesiasti-
cæ seruator disciplinæ, obdormiuit in Dño quinquagenario maior, si-
bi ipsi quidem satis fortasse longæuus, auditoribus vero suis, intempe-
stiuè nimium ereptus, quos nimirum vigente adhuc ætate, vir iuuan-
dis aliorum studiis natus, erudire potuisset. Cui Fatis concedenti tale
Elogium Simon Birkowski Philosophiæ & Medic. Doct. scripsit
Anno 1613.

IOANNES VRSINVS CANON. ET PRO-
FESS. ZAMOSC. DOCTOR MED. VIR
SVMMÆ ERVDITIONIS ET VITÆ IN-
TEGERRIMÆ. IN OMNI LITERATVRA
ACCVRATISSIMVS. IVENTVTIS IN-
STITVTOR FIDELISSIMVS ET DILI-
GENTISSIMVS. MORIBVS COMISSIMIS.
PIETATIS OBSERVANTISSIMS. ERGA
PAVPERES, SCHOLASTICOS, SACER-
DOTES LIBERALISSIMVS. OMNIBVS
CARVS, NEMINI MOLESTVS.

IOANNIS SCROBOVICII.

*Dum viuet vasto solers Paracelsus in orbe,
Viuet & Vrsinus: Celsus hic alter erat.*

LXXIII.

PETRVS POSNANIENSIS.

Bernardi-
norum Or-

Ordinis D. Francisci FF. Min. de Obseruant. quos vulgo Bernar-
dinos dicimus, professus, qui ordo in Polonia nostra, cum pieta-
te ac

te ac deuotione, tum virorum doctorum copia, monasteriorumque frequentia, potissimum inter alios floret. Tulitque hac nostra ætate plurimos, & Concionatores disertissimos, & Theologos profundissimos, & omni deniq; eruditionis genere præstantissimos viros, Romanios illos, Goczanouios, Lencicios, Bonauéturas, Gnatouios, Voinas: & in his Chrystophorum Campium, atque hunc de quo nobis sermo Petrum Posnaniensem. Magnum vtrumque & doctum, & in disputationibus argutum, & in scriptione grauem atque iudiciosum. Quorum posterior iste *In quatuor Sententiarum Scoti subtilissimas quaestiones: & in singulas anni festiuitates atque Dominicas, trinos sermones conscripsit, periteque admodum verba singula rebus aptando sublegit, imitatus popularem illum suum Valentinum Posnaniensem, qui Magister in Acad. Cracou. scripsit Propugnaculum Ecclesie aduersus varias sectas huius tempestatis.*

do in Polonia florentissimus.

Fuit & alter Petrus Posnaniensis Canon. Crac. Medicus Regius qui scripsit de Fabricatione hominis.

IO. SCROBOVICII.

*Posna mihi patria est Cracia patria altera Athenæ
Monstrauit veram religionem patriam
Non potiore loco potui (mihi credite) nasci
Non potiore coli, non potiore mori.*

STANISLAUS GRODECIVS.

LXXIV.

Celebris illius in Acad. Crac. Professoris Iacobi Gorscii discipulus & alumnus, vbi non contemnendos in studiis progressus fecisset, vt & Orator & Poeta, & Philosophus insignis audiret, primam in artibus lauream, vna cum Georgio Leopoliensi merito adeptus est, vnaque cum illo, spretis omnibus mundanis, Societatem IESV ingressus, multa in ea, idque pro ea, indefesso studio egit, euaseratque in summum Theologum, & verbi diuini præconem, vt vel ex Concionibus ipsis, quas vernacule ad populum dictabat, & postea Latine, non inuita Minerva vulgavit, cuique legenti liquido constat. Fecit & alia plurima laude & approbatione digna (nam & carmen interdum pangebatur) sed præcipue elucet, quæ in disputationibus publicis aduersus sacramentariam pestem gesserat, sciolorumque fastum firmissimis rationibus prolatis retuderat. Cui focii laboris additi fuerunt. R. P. Radziminus, diuinarum humanarumque rerum peritissimus. Reuer. Pater Visocius multis lucubrationibus polonicis, ac

An. 1562.

LXXV.

cis, ac præcipue inuersione speculi exemplorum Maioris, atque venerandus ille Pater Lascius, qui Leuattuouensium Arrianorum confutationem scripserat, respondente illis ad argumenta, eodem illo doctissimo Patre Radziminio.

I O. I A S C R O V I C I I.

*Crimina Sarmaticis non iam dominantur in oris
Nam Regnum Lechi Fasq; Themisq; fouet
Hic tonat eloquio commissa piacula pellens
Nec mala sunt culpa, nec mala supplicij.*

LXXV.

BERNARDVS PAXILLVS.

INstituti D. Dominici professor, & S. T. Baccalaureus, vir pietate ac deuotione insignis, scientia sacrarum litterarum, zeloque religionis illustris, & qualem Euangelii prædicatorem fieri oportet, aut qualem suorum prædecessorum imitatore esse decet; quos & olim inclyta Familia hæc infinitos pæne in Polonia nostra habuit, Hyacinthos illos, Malachouios, Bartholomæos, Seuerinos, non modo doctos & religiosos, verum etiam in diuorum numerum alios relatos. Et præsens ætas plurimos alit, Pegasios, Suscios, Camillos, Chrysoctomos, Samueles, Valerianos, Piecarscios, cæterosque innumeros pietate & doctrina illustres, tum & dicendi præstantia conspicuos. In his & Bernardus Paxillus, cum plurima alia pro Religionis Catholicæ incremento gefisset, tum contra Anabaptistas & Zvinglianos, aliosue impios quouis. *Tres Monomachia Tomos de SS. Trinitate conscripsit, quos & patrio sermone succincte collectos euulgauit. Scripsit præterea & contra Schismaticos Roxolanos librum, & alium Alienationem Arrianorum à Christianismo, inscriptum: tum militiæ Christianæ modum, carmine tam Polonico quam Latino.*

I O. S C R O B C O V I C I I.

*Bernardi si scire cupis Monomachia quid sit,
Vnà omnes turmas vinceret Hæreseon.*

LXXVI.

STANISLAVS GROCHOVIUS.

CVstos Crusuicensis. Polonici carminis scriptione longe celeberrimus, & certe post Cochanouium primus, licet habeant & alii, in quo singuli excellant, vt Lubomierscius, Craieuius, Morstinus, Pascoius,

couius, Ochuinouius, alijque plurimi, quibus sua Gratia inest & le- Polonici
Poeta.
pos. Cæterum & Grochouius quæquæ modo scripsit, præ alijs com-
mendata habuit. Scripsit autem plurima, & in diuersa materia: quæ-
dam etiam carmine Latino. Prosa vero, ex veteri quopiam authore
Italo, noua forma aut methodo *Lauacrum anime*, & *Bellum Theologicum*,
olim ab Andrea Bochnense Canonico & Concionatore Leopold. con-
scriptum. tum *Hominis Christiani semitam*, patrio sermone. Carmine ve-
ro Polonico, *Augustum resuscitatum*; *Hymnos Ecclesie annuos*. *Cantica solem-
niæ*. *Epitalamia diuersa*, *Epigrammata item & Nenas in obitum*. *Samoscij*, *Do-
brociescij*, *Macieiouij*, *Holobuci Cosacki*, aliorumque in patria Magnorum viro-
rum. Tandem & ipsi vita functo, nescio quis poetarum, tale Epita-
phium scripsit, quod in atrio templi Carmelitani B.M. V. extra muros
Crac. in arenis, visitur, haud procul miraculosa imagine Diuæ.

GROCHOWSKI POD TYM LEZY NA-
GROBNYM KAMIENIEM,

I KAPLAN, I POETA, STANISLAW
IMIENIEM.

IAKO TEN GROB POKRYWA PROZNE
DVCHA KOSCI,

TAK MILOSIEDZIEM POKRYI BOZE
IEGO ZLOSCI.

RYM PODCZAS MIAL DOTKLIWY SAM
TESKNIL W CHVDOBIE,

DZIS NIC NIETRZEBVIE ZAMK-
NIONY W TYM GROBIE.

LECZ KTO WIECEY NAVKI, TEN MNI-
EY SZESCIA TYKA,

NAVKA W SOBIE WSZYSTKO DOSTA-
TEK ZAMYKA.

NICOLAI ZORAVII.

Si Romana micat diuino lingua Marone

Meonio splendet sig, Pelasga viro.

Carmina dum fudit patrio Grochouius ore

Non minus illustrem fecit & ille suam.

I O. I A S C R O V I C I I.

Sedibus Ausonidum migravit docta Minerva

Sarmatico sedem fixit & orbe suam.

N

Veri-

*Veridicinas surgunt sub nomine Phabi
Millibus e cunctis iste facura canit.*

LXXVII

IOANNES CLOBVCIVS.

IN Academia Crac. Philosophiæ Professor, & Maioris domus Col-
lga, ingenio, iudicio, & dicendi scientia scribendique clarissimus, ut
velex ipsis Orationibus illius ad Petrum Tylicium, & Io. Zamoscium
Magnos in Repub. Senatores conscriptis; tum in obitum Valentini
Vidauii; ac libello De exercitio stili relicto (qui nondum impressus)
apparet. Idem amicorum copia, discipulorum frequentia, conspi-
cuus; & Historiarum peritia, morumque sententiarum, supra quam
dici potest, celeberrimus. Obiit morte immatura Anno 1609. 2. De-
cemb. & in Ædibus D. Annæ conditus, magnum sui desiderium a-
pud posteros, discipulorumque in Academia copiam, reliquit. Quo-
rum in numero est Io. Rybcouicius Cracouiensis, vir de humanitatis
studiis optime meritus, & Theologiæ Professor celeberrimus, cuius
extat in luce *Eucharisticon in Eucharistia. Epinicion, seu Palmaris Oratio. Me-
ditationes salutationis Angelice. Manna cœleste. Columba Noe. Psalterium De-
cachordum. Præsepe Domini. Academia Christi, tum varia in materia, variis
temporibus scripta Orationes, præcipue autem illæ quatuor, de viro Sa-
pienti.*

IOANNIS SCROBOVICII.

*Cum primum magnis cœpit clarescere factis
Præproperâ rupit flamina Clotho manu.
O si longæuos tribuisset Iuppiter annos,
Quantis auxisset hancce Scholam meritis.
Non tot erunt flores quot erat virtutibus inter
Omnes. spectati vitæ probat. viri.*

LXXVIII.

IOSEPHVS STHRVTIVS.

EXcellenti Medicus ingenio. Cypriani Louicensis, qui *practicam
medicam scripsit* discipulus; in tantum ea in scientia breui profecerat,
ut nemo illum ætate sua vicerit, paucissimi æquarint: non enim Theo-
rica solum valuit, quod magnam censetur ad cognoscendos diuinos
naturæ characterismos; sed in praxi quoque felix, arte sua vitam mul-
tis pro-

ris produxit, editoque *Sphignicorum libro*, cum Patavii Medicinam docuisset, ita ibi ab illis clarissimis Professoribus laudatus est, ut eius libri vno die, octingenta exempla distracta sint. Tandemque reuersus in Poloniam, *Phleboromiam & libellum de Sale conscripfit*. Vfus familiaritate Alberti Oczkonis, qui *libros De affectionibus corporis humani* egregios reliquit. Conditus Poloniam in templo Maiori tale habens Epitaphium.

IOSEPHVS STRVTHIVS, POSNAN.
PHILOSOPHIÆ ET MED. DOCTOR. LI-
BRORVM GRÆCORVM LATINVS IN-
TERPRES. PVBLICVS OLIM STIPEN-
DIO SENATVS VENETI ARTIS MEDICÆ
PATAVII PROFESSOR. ARTIS SPHYG-
MICÆ PER TOT SÆCVLA ABOLITÆ,
NOVVS RESTAVRATOR, POSTEA SERE-
NISS. PRINCIPIS SIGIS. AVGVSTI RE-
GIS POLONIÆ MEDICVS. OBIIT A. D. 1568.
ÆTATIS SVÆ 58.

NICOLAI ZORAVII.

*Pingere cum vellet præstanti corpore Zeuxes
Tyndarida est vsus taliter arte suâ.
Delegit quasdam formâ præstante puellas
Quodq; fuit pulchri transtulit in tabulam
Vult Medici effigiem si quis depingere veram
Non opus ex multis hanc legat ille viris
Nam virtutis adest exemplar Stbrutius omnis
Iki pro multis hic satis vnus erit.*

GASPARVS CICHOCIVS.

LXXIX.

CANonicus & Parochus Sendomiriensis, patria autem Tarnouien-
sis, quæ ciuitas est in Submontana Poloniæ regione, veluti nidus
quidam eruditorum virorum, & bellica virtute illustrium illorum Co-
mitum domus, è quorum prosapia fuerat Magnus ille Ioannes Castel-
lanus Cracouiensis, & exercituum Regni Generalis, peregrinationibus
longinquis, diuersarum linguarum peritia, rerum militarium pruden-
tia, &

N 2

tia, &

An. 1567.

tia, & de hostibus patriæ victoriis pæne infinitis obtentis, clarissimus. Hic igitur Gasparus natus, Cracouiæ adolescens in studiis annos multos versatus, Andream Troperum, excellentem tum Philosophum præceptorem habuit; & laurea Baccalaureatus obtenta, magnum auctoritatis & gratiæ locum apud Georgium Radium Cardinalem obtinuit, à quo (promouente Nicolao Dobrociescio Canon. & Profess. Cracouien.) Canonica dignitate & Parochi munere ornatus fuit. Et ne acceptum talentum videretur abscondere, cum multa alia pro dignitate Catholicæ Religionis fecit, tum egregium illum libellum *Anatomia nuncupatum scripsit quo Torunensium calumnias in Patres Soc. Iesu refellit; aliumque Alloquia Ofieciana dictum, quo Hereticorum errores ostendit ac refutat simul*, quamuis successu parum felici, quod minus honorificam in eis Regis Angli mentionem fecisset: tulissetque sane multa acerba & graua, ni mors senem opportune liberasset. Conditus in Æde D. Petro sacra Sendomiriæ, quæ curationis eius fuerat.

IO. SCROBOVICII.

*Non sic vincla manus contracti fœderis vnquam
Vinculo amicitia Thesea corda ligant.
Non amplexatur cedro stis firmitus vlmum
Doctrina vt virtus pectore nexa tuo.*

LXXX.

IOACHIMVS BIELSCIVS.

MArtini Bielscii rerum Polonicarum haud inepti scriptoris F. non in Historia modo, vt pater, verum in Oratoria quoque ac Poetica arte, omnique politiori litteratura egregie versatus. Quo nomine à Io. Cochanouio, Andrea Tricesio, Thoma Dresnero, Sebastiano Averno, Reyo, atque aliis æuo illo celeberrimis doctrina viris multum amatus fuit & laudatus. Et vt in itinere conficiendo, cum duces nacti sumus, securiore animo viam ingredimur: sic ad omnem excellentem laudis & gloriæ cupiditatem, nulla re magis, quam aliorum æmulatione incitatur. Ita & Ioachimus florentissimorum tum in Polonia scriptorum laudibus ad lucubrandum incitatus, non aliud scriptionis genus eligere sibi voluit, quam quod paterno quodammodo & hæreditario iure ad se pertinere putauit, Historiam videlicet gentis suæ, quæ à parente scripta, ob hæreseos suspicionem à Catholicis lectoribus penitus neglecta fuit. Quia igitur ad humanam laudem multum perti-
nere sa-



nerē sapientes existimarunt, in prole patrum decus resplendere, ideo patris ille nomen propagare volens, è suo penu *Annales Polonicos*, & quidem *Polonica lingua conscripsit*, vbi & patrem calumnia liberat, sincerum affirmans Catholicum eum fuisse, & in mortis agone, ritu Catholico sacris procuratum. *Scrispsit & carmen in inaugurationem Regis Sigisf. III. tum Panegyrim quoque in Nuptias eiusdem.*

Scrispsit & Epigrammata Latina.

ADAMI IANISOVII.

*Sunt qui vernaculâ, referunt ab origine, gentes
Linguâ natiuas, patria iura, leges
Victorias numerant, maiorum stemmata pingunt,
Non pauci laudes hinc meruere suas.
Incl'yta lechiadum Biel'sci dum gesta recenset
Patria debetur gloria prima tibi.*

NICOLAUS MOSCICENSIS.

LXXXI.

Ordinis Prædicatorum Doctor Theologus, multæ eruditionis & experientiæ vir, vt qui non postreme iuuarit rem litterariam, ea methodo vniuersam Philosophiam in compendium redigendo, quæ passim imprimuntur *Logicarum Institutionum illius libri*. Itidem summam Angelici Doctoris, tædiosissimo labore ad formam syllogisticam redigendo. *Scrispsit & Elementorum Confessionis libellum: & Tabulas Sacramentorum, Irregularitatum Censurarum, Affinitatis, aliarumque rerum necessariarum doctrinam continentes. Similiter. Ordinandorum examinandi modum seu methodum. Denique quas nobis Casuum conscientia lectiones in Conuentu SS. Trinit. Crac. magna auditorum frequentia publice prælegebat, breui prælo excussas expectamus.*

Conterraneus vero suus Mathias Moscicensis in Acad. Cra. philosoph. & Professor m. q. præceptor poeta haud contemnendus multa carminum opuscula relquit, mortuus peste Anno 1623.

NICOLAI ZORAVII.

*Quam sis doctrinâ præstans memorare tacebo,
O Moscicensis cætera scripta tua.
Sufficiet Logica mihi docti nam arte tyrones,
Signum doctoris posse docere breui.*

ALEXANDER GVAGNINVS.

LXXXII

Comes Palatii Lateranen. Eques auratus, militumque Præfectus. *Patria quidem illi Verona fuit, sed pro indigena, Sigismundo Augusto*

gusto apud nos regnante, receptus, cum in Poloniam veniens, strenuum se in re militari probasset. Inscriptus igitur Ciuium numero, totam ætatem celibem exegit (quæ fuit septuaginta sex annorum) cuius maiorem partem in bellis Liuonicis, Moldanicis, ac Moschouiticis consumpsit, præfuitque arci Vitebscensi, quæ proprium districtum habet, annis quatuordecim. Tandem à Martialibus ludis ad amœniores Musas conuersus, quo se vere ciuem Polonum declararet, *conscripsit Chronicon Polonicum puro & nitido sermone Latino*, quod postea & Polonica lingua per Martinum Pascouium inuerti curauit, additis pro meliore nostrarum rerum cognitione, circumiacentium populorum, maxime septentrionalium barbarorum, geographicis descriptionibus. Obiit Cracouiæ senio laboribusque confectus, partæ per virginem salutis Anno 1614. Ad eius effigiem Augustinus Columna hos versiculos lusit.

An. 1578.

An. 1611.

*Candide si cernis Lector, cuius sit imago,
Sit quis ille tamen, parte probante proba.
Miles, Dux, Comes; gessit, coluit, celebravit,
Arma, Aulam, Musas: Marte, decore, stilo.*

LXXXIII.

STANISLAUS KRZYSTANOVICIUS.

VRbis Leopoliensis Syndicus, quæ illi quodammodo & patria fuit. In pago namque ditionis suæ natum, puerum pæne aluit vrbs ipsa Leopoldis, adolescentem vero bonis litteris imbuit Academ. Cracou. eundemque mox apud externos exercitatum, Græca Latinaque facundia excellentem, admirata est Polonia. Siquidem non inter suos ciues modo, clarus fuit ab ingenio, sed in aula etiam ipsa Regis Sigismund. III, multum multis gratus, idque vel solo nomine illo, quod Magni Lipsii auditor, & morum imitator fuerit. Adeptus itaque nomen Iurisconsulti in præcipuis quibusuis Europæ Academiis specimen ingenii sui sæpius disputando publice declarauit, *scriptisque zelo pietatis contra Angliæ Hæreses*, reuersus ab illis Parisios, tam docte, tam prudenter, vt politioris etiam litteraturæ viris, Sorbonensibusque ipsis multum sua scriptio probaretur. In patriam redux, vixit vxorius ad annum 1617. & quadragesimum vix egressus, solutis corporis vinculis, quasi terris tantum
osten-

ostensus, in beatorum sedes, exors liberorum, liber ante diem euolauit.

IO. SCROBOVICII.

Magnis miraris Stanslaum dotibus auctum?

Magnus eum Doctor Lipsius erudit.

PAVLVS PALCZOVIVS.

LXXXIV.

IN Osuecimensi Ducatu, equestris Ordinis maioribus natus, litteris adolefcens optime instructus. Idæam optimæ Reipubl. ætate maturior, ciuibus suis imitandam, *Statum Venetorum cura solerti & iudicio scripsit.* Itemque *Tractatum de ratione instituendi hominis nobilis, & modo, perfectionem eam, quæ in eum cadere possit, consequendi.* Ipse ab auunculo missus, sedecim annos continuos peregrinatus, terras alienas visit, ac imprimis Europæas Regiones peragravit. *Reliquit & topographiam earum ciuitatum ac Regionum, in quibus tot annos commoratus.* Erat enim in eo præter exactam linguarum exoticarum peritiam, ingenium admirabile, & prudentia singularis, cum humanitate coniuncta. Adhæc iusta proceri corporis statura, quæ dotes hæc eximias longe splendidiores reddebat. Ex quo multum charus cum omnibus doctis, tum Matthiæ Smogulecio Præfecto Bidgostenfi viro similibus virtutibus claro, & qui inter cætera ingenii & stili sui monumenta, reliquit *libellum de Exorbitantijs Iurium Regni Poloniae.*

MICHAELIS GRODZICKI.

Nobilitas genus exornat, virtus sed vtrumque

Gloria virtuti vadit vbique comes

Exornat te illustre genus virtus quoque Paule

Est quoque virtutem fama secuta tuam.

SEBASTIANVS PETRICIVS.

LXXXV

ITa semper nostros non infelices esse, doctissimis quoque externis hominibus visos, manifestum est, vt quanquam eam doctrinæ & ingenii possessionem sibi præ nobis propriam esse vellent, ingeniis tamen nostrorum ita locum reliquerint, vt & viuos in societate sua

Grutinius
erat disci-
pulus Ber-
nardini Pa-
terni pri-
marij Me-
dicina Theo-
rica Aca-
demia Pa-
taui & Pro-
fessoris, at-
que Alexā-
dri Massa-
ria practica
Medicina
Professoris.
Ann. 1574.
Magisterij
vero gra-
dum 1583.

Eum secu-
tus Sixtus
Leopolien-
sis edidit
lib. 4 de
Themis
Sclerisus
& Sebast.
Slesonijs,
qui Pece-
montanum
in Poloni-

um vertit. Latine vero de Phlebotomia scripsit. De Febris. De Venenis. De curatione pestis Po-
lonice. De fraudibus Iudaorum. De Genealogia ipsorum. De secretis Medicina & Panegyrum Lati-
nam ad Io. Ducem Ostrogium.

sua tulerint, & de sanctos, ex litteris que tantum notos, laudationibus
sint profecuti. Omitto igitur hic peritissimum in Medicis Stanislaum
Porembny Sendomiriensem. Omitto illum laudatissimum Andream
Grutinium. Andreæ Tencinii Palat. Crac. Medicum, qui Minoris do-
mus in Vniuersitate Crac. Collega, scripsit doctissimum illud in Fe-
bribus pestilentibus & malignis consiliam. Omitto & Martinum Ni-
colaum apud Hispaniæ Regem in illustri loco & fama Medicum; &
nostra ætate aut patrum, Zachariam Barchy, qui de Epidemia scripse-
rat; Simonem de Louicz, cuius nunc Enchiridion Medicinæ docto-
rum virorum manibus teritur; Iosephum Vrendouium & Simonem
Sirenium, quorum vterque ingenti volumine herbarum naturas Po-
lonice explicauit. Vnum tantum appono, longo rerum usu & experi-
entia insignem Sebastianum Petricium Pilsnæ honestis parentibus na-
tum, atque in Academia Crac. à Martino Pilsnense celebri tum Phy-
sico, suo populari eruditum; qui primum in artibus honorem sub Va-
lentino Vidauio nobilissimo iuxta ac doctissimo pro tunc Artistarum
Decano promeruit, eosque in Philosophicis ac Medicis studiis pro-
gressus fecit, vt facile in Belgium primo, atque in Italiam deinde pro-
fectus, Doctoris laurea à Patauinorum Medicorum Collegio, mirifi-
co omnium consensu fuerit donatus. Inde reuersus Macieiovi Cardinalis
primum Archiater fuit, postea Demetrii Moscouitici Princi-
pis. Quo à perfidis subditis occiso, iterum in patriam varia fortuna
delatus, atque quieti deditus *Politica Aristotelis in natiuum sermonem, atque
Oeconomica vertit. Similiter Horatium, quem & notationibus illustrauit. Epi-
grammata varia lusit; & Remedium contra pestilentia vim. Scripsit & Psalte-
rium carmine Polonico.* Io. Cochanouium æmulatus, sed non euulgauit.
Notauit & res gestas sui temporis, sed quas Io. Innocentio F. itidem
Medicæ dedito & omni fere liberali doctrina imbuto, prosequendas
commisit, addito Historiographi titulo, & stipendio assignato, vt per-
petuo ex tunc suum Academia Historiographum habeat. Sibi vero i-
pse hoc Cenotaphium posuit

D. O. M. S.

SEBASTIANVS PETRICIVS
ILL. CARDINALIS MACIEIOVII,
A CON-

A CONSILIIS MEDICIS ET ITINERVM COMES.
 PROFESSOR IN LYCEO.
 PHILOS. IN VITA, MEDICVS IN MORBIS ARCENDIS
 REGNO, VRBI, OMNIBVS.
 SCRIPTO, EXEMPLO, PRÆCEPTO PRODESSE STVDVI.
 ARISTOTEL, HORATIVM, NOSTRATAM LINGVAM DO-
 TYBERIM, RHENVM, RHODANVM ADII. (CVI.
 BORYSTHENEM ET HOSTILEM MOSCVAM SENEX IN-
 RARVS IN OCIO, FREQVENS IN LABORE FVI. (VITVS BIBI.
 NESCIO AN PROFVI: HOC VERE DIXERIM, FVI.
 VIDISTI ME HOSPES: PERSPICE RVRSVM TE.
 VIVIS SI LABORE ET VIRTUTE COMMVNI BONO VIVIS.
 SI VITAM INVITAM, MVNDVM IMMVNDVM PVTAS.
 SI HOC VT MINIMVM INQVINERIS CVRAS.
 MOR. ANNO DOM.
 ÆTATIS.

IO. IASCROVICII.

*En decus, en f. mæ merito pars maxima nostra
 Petricius columen, Pieridumq; salus.
 Corporis, ac animi præsto exoptata medela,
 Dum seu à toties morte trophæa refert.
 Deuictâ Lachesi viuit. nam pignus in atram
 Armavit Parçam: hac prole perennis erit.*

SEVERINVS LVBOMLIVS.

LXXXVI.

OMni ferè litteratura imbutus, Theologicis potissimum discipli-
 nis excelluit, vt vix parem in ea scientia ætas nostra tulerit. Is Ca-
 nonizationis D. Hyacinthi Procurator à familia sua Dominicana constitutus, v-
 niuersam illam, qua par erat fide & diligentia conscriptam, typis Romanis excudi
 curauit. ibidemque Christi Seruatoris nostri, à primo parente Adam genealogiam,
 præfiguratam & productam, multo labore in tabula aenea depinxit. Theatrum
 Concionatorum, seu Officinam Prædicantium Venetijs cum esset, conceptam &
 partam in lucem dedit. Turrim Babel, seu Hæresiarcharum omnium catalogum,
 mirabili ingenio & laudabili opere Cracouia in tabula exhibuit. Atque demum
 totius sacræ scripturæ quæsitæ, Theologorumque summorum circa ea
 dogmata, duodecim Tomis, per distinctiones, methodo resolutissi-

O

ma, con-

*Scrispsit &
cōtra Schis-
maticos
Roxolanos
& contra
Gentiles
libellum.*

ma, conscribere voluit; sed morte præuentus haud perfecit. Reliquit nihilominus septem iam concinnatos, quamuis non limatos; & primum quidem se viuento prelo excussum, quatuor fere millibus distinctionum constantem, quem *Introductorium Generale* ad subsequentem tractationem appellare voluit, cum totum opus *Monotessaron Evangelicum* appellatum, sex & triginta millibus distinctionum constare debuerat. Deus ingratis & indignis nobis hunc tantum virum, ætate licet prouectum iam & grauem, viuacem attamen & robustum, præmature sustulit, qui in partibus Septentrionalibus nostris, vt & alius eiusdem Conuentus S. S. Trinitatis professor, Bartholomæus nuncupatus, in Cathedrali Ecclesia Ordinarius Concionator, malleus fuit Hæreticorum, flagrum improborum. Et qui ita omnis scibilis doctrina fuit refertus, vt parem eum eruditione, cum aliis quibusuis extraneis existimem, tum suo præceptori Bartholomæo Medinæ.

IO. SCROBOVICII.

Hostibus vt prodant multi fugere cohortes

Vt capiunt alij profugiunt propriis.

Profugus Hebrais Lubomli vt castra sequaris,

Christi adum fidei præco decusq; fias.

LXXXVII.

THEODORVS SAVADCIVS.

*Stanislaus
Sauadcius
scripsit ex-
amen de
Astrologia
in Acad.*

HAud inamœnus soluta & ligata dictione scriptor; cum & in Iure fuerit non mediocriter exercitatus, & in Historiis omnium ætatum, omniumque populorum, sed præcipue Poloniarum optime versatus. Vtriusque argumento sunt scripta, partim Polonice, partim Latine à se conscripta. *Processus scilicet Iuris Polonici. Compendium Legum. Synopsis Annalium Polonicorum Politicarum Oeconomicarumque questionum libellus.* aliaque minutiora plurima, quæ eum longe maiorem fecissent, si fautor sibi aliquis, atque pinguior fortuna obuenisset. Alias, demissi hominis virtus haud quaquam emergere potest, quæ vt vitis, nisi arundinem aliamue nacta fuerit arborem, qua nitatur clauiculis, & se erigat, iacebit humi inculta, nec poterit è tenebris domesticæ obscuritatis emergere. Et hinc illud est, quod plurimi non modo in Curia atque foro, sed in litteris etiam ac libris, rei prodesse publicæ volentes, ad summam deueniant inopiam, nec exæquato cum exte-
ris suo

ris suo nomine, pæne contempti & inglorii fati concedant; quod nimirum Patronos non habeant qui conatus eorum promouere velint. Vnde in simili vita, vix dissimile Fatum fuit magnorum alias illorum virorum Pauli Scerbicii & Gregorii Czaradzii: quorum alter Secretarii titulo ornatus *Promptuarium statutorum Regni Poloniae conscripsit. Speculumque Saxonum, atque Iusti Lipsii Politica in patrium sermonem conuertit.* Alter vero *Syntagma Processus Iudiciarij. Foridica Nouella Constitutionum Regni Poloniae. Paratitla statuti Herbultani. De origine Sarmatarum libellum, deq; partu B. M. V. Poema confecit.*

Scripta Scerbicij. Scripta Czaradzij

** Pater Sa- uadici Con- sul Cracou. Et in Aca- demia Me- dicina Pro- fessor fuit Orator ex- cellentissi- mus.*

I O. I A S C R O V I C I I.

*Vt gen. rosa aquila haud sœuit generare columbas
Ast aquilas solem quæ nitidum aspiciant:
Sic fortes generat natos vis magna parentum,
Ex magno magnus fit * Patre Sauadicius.*

ANDREAS SCHONÆVS.

LXXXVIII.

Qvis in Andreæ Schonæi exiguo corpore, atque sedato vultu, adeo ingentes dotes, versatileque ingenium latuisse crediderit? Hic enim immenso captu, vastaq; memoria, scientiarum omnium rationes, summosq; apices complexus I. V. ac S. Theol. Doctor, Philosophus, Mathematicus, itemq; Poeta laureatus ac Orator excellentissimus, omnes eas artes cum laude professus est. Cumque à Magno illo Socolouio eruditus ac pæne enutritus, Magisterii dignitatem in Acad. Crac. obtinuisset, in Italiam vt Medicæ rei operam daret, cum aliis condiscipulis suis ablegatus fuerat. Sed vt ars Medica corporibus medetur, sic animis Theologia, cuius ministræ sunt artes vniuersæ; ita & ille quoq; exactis Patavii eo in studio annis duobus Glauci ac Diomedes exemplo, cæca cum aureis permutauit, & ab illis castris, ad Theologorum castra physicus haud contemnendus iâ transit. Doctorq; Iuris Romæ renunciatus, breui post Cracouiâ reuersus Professoris munus sustinuit: & tandem successiue ob summâ doctrinam, & parem doctrinæ pietatem, cõmunibus omnium votis suffragiisq; vna cum Basilio Golinio in Aede SS. Trinitatis palliû Professoris & mitrâ Theologi meritissimò accepit: quâ & gessit, ita decenter, ita decore, vt non domi tantû doctrinæ gloria, Procæcellariatusq; honore conspicuus esset, verû etiam foris innotesceret magnis & eruditis viris, ac in his Iusto Lipsio acri illi & graui

Baccalau- reatus gra- dū A. 1584. sub Decano Martino Slachcinski obtinuit, & biennio post Magi- sterij hono- rem. Basilius Golinus, scripsit O- rationes & carmina tam Græca quam La- tina varia. Vide Cen- turiam Li- psii Miscel- laneam 4. inge-

ingeniorum æstimatori. Tu qui genium viri & ingenium pernoscere cupis, vide *Orationes à se editas In Victoriam, & Obitum postea Magni Zamosciij: In ingressum in urbem Georgij Raduilli, Bernardi Macieioij, Petri Tylicij Episcoporum Crac. Similiter Panegyrum Carolo Austria, & Dietrichstein Episcopo Olomucen. Fidum Comitem Tencinio, & carmen in nuptias eiusdem & tandem Octonarios in obitum Socolouij præceptoris sui; & quantus ille vir fuerit, quantumue in utroque scribendi genere valuerit, facile videbis; siquidem ut è vestigio Hercules, sic è scriptis pauculis, ingenii doctrinæque præstantia cognoscitur. Claruit idem & Græci sermonis peritia, cuius studio tantopere in senectute oblectabatur, ut etiam ad inc tantum alios, fundauerit de demesso suo perpetuum in Academia Græcarum litterarum Professore. Et cum alia plurima, pro augendo nomine illius, Rector Generalis aliquoties creatus, fecisset, tum scriptis quoque eam suis apud exteros illustrare magnopere voluit, quo & posteritati simul, se non otiosam vitam traduxisse probaret. Cæterum quia citius quam oportuit, conditionis humanæ necessitas, suos conatus præpediit, ideo præclara multa quæ scripsit, inchoata tantum reliquit, perfecta non plane (uti est & liber ille, cui titulus NIHIL ET OMNIA) quæ nec scio an aliquando sint lucem visura, præter carmina pauca & Orationes, quas breui in lucem prodituras speramus. Defuncto Poetæ certatim omnes parentarunt, inter quos & Laurentius Smiescouicius publicus tum Orator. Vixit annos LXIII. conditusque in Æde D. Floriani Cleopardiæ, ubi inter Canonicos Custodis titulum gesserat, à quibus tali Elogio est ornatus.*

*Ex eius disciplina
prodiit Simon Halicius primus Tyliciana fundatio- nis Orator (& extant eius Orationes plurima) & S. Th. Profes. Scripsit carmina Smiescouicius plurima & Orationes.*

DEO MAX. IMMORTALIQ.

NOMINE MAGNO.

M. ANDRÆ SCHONEI GLOGOVIAN.

S. TH. PROF. I. V. D. PROCANCELLARIO VNIVERSITATIS
ATQVE HVIVS ECCLESIAE DECANO.

DVRATVROQ.

DVM STABIT INCLYTA ACADEMIA.

EIVS TVM DICENDI, TVM SCRIBENDI LAVDE ILLUSTRATA
EIVS COPIOLIS, QVA IN PROFES. GRÆCÆ LINGVÆ.

QVA IN ALVMNOS STUDIOSES COLLATIS.

AVCTA ET ADIVTA

DEVS OPT. BENEFICENTISS. Q.

QVEM

QVEM VIR INNOCENS CASTE SANCTEQ. COLVIT,
IVBEAS ESSE BEATVM.
MDCXV. XVIII. Maii.

MICHAELIS GRODZICKI.

*Schoneus ingenti conscripsit mole volumen,
Quo clausit toto quidquid in orbe latet.
Omnia nil vocat hac libro qua clausa tenentur
Schonee nil scribis, tu sapias ergo nihil
Schonee nil proprio sed cuncta volumine condis
Omnia cum scribis te latet ergo nihil.*

BARTHOLOMÆVS PAPROCCIVS. LXXXIX.

MVtile poris, multi laboris, nec non & eruditionis Polonicus Poeta. Is in Masouia natus, puer adhuc ad Academiam Crac. studiorum causa perrexit, atque ibi in disciplinam sese Valentini de Rava, viri eruditi, & multis postea sacerdotiis ornati, sedulo tradiderat. Sed fato parentibus sublatis, vix ex effæbis egressus, domum reuocatus, uxorem prouectioris ætatis duxerat; pecuniosam quidem illam, sed que iam virum tot annis regere ipsa didicisset. Quare infaustum nactus matrimonium, discors triennium prope cum illa exegerat, & tandem pertæsus, captabat occasionem, domum, & illam ipsam deserendi; & ecce in procinctu Italiam videre proficiscenti, nunciatur Varsoviæ tum commoranti, anum clausisse diem & annum. Quare infelici coniugio liber, ad intermissa studia & Musas reuertitur, in Bohemiamque delatus, vt erat natura ad fundendum carmen natus, in primis *Leges Conubiales* Plutarchum imitatus, adolescentulis, suo malo prudens, conscripsit. Item *Hortum Regalem, seu de moribus Heroum. Item de armis seu insignibus nobilitatis tam Polonæ, quam Bohemicae, Tomos duos. Vitas Gnesnensium Archiepiscoporum. Noctes Torunenses. Conuersionem Mariæ Magdalena. Concilium animalium seu Fabulas morales, Apophtegmata, Epigrammata, & Epithalamia diuersa.* Vsus familiaritate Alberti Struminski, qui itidem Polonice scripsit de *Agricultura.* Obiit Sexagenario maior, conditusque in perystilio Sodalium Franciscanorum Leopoli Anno 1614.

IO. IASCROVICII.

*Inclita Sarmatica dum fers insignia gentis,
Edis virtutis symbola clara tua.*

O 3

ADA-

XC.

A D A M V S R O M E R I V S.

Baccalau-
reatus qui-
dem Anno
1583.

STenzicæ ad Istulam natus, & in Acad. Crac. lingua vtraque egregie Simbutus, quinimo & laurea Philosophica vtraque decoratus, suæ gentis industriam, quam nauigationi impendunt, ad Theologiæ studium felicissimo conatu traduxit, Doctorque Theologus Romæ renunciatuſ, sacras Cracouiæ litteras aliquot annis publice interpretatus est. Post ad D. Nicolai Aedes in suburbio Præfectus, totus studiis deditus, Spartam quam nactus erat ornare non destitit. Erat enim summi ingenii, summæque eruditionis vir, laboris vero ac industriæ, pæne incomparabilis. *Scriptis Commentarios in Cic. Orat. exactissimos, & Librum de informando Oratore: quin & Linacri Grammaticam, docto ac laborioso commentario illustrauit.* Et in Theologia Tractatus multos insignes, & Orationes Ecclesiasticas parturiebat; quæ omnia, quamquam adfecta potius, quam confecta sint, facile tamen ingenium iudiciumque viri indicant, cuius per vniuersam Poloniam nomen hodie quoque viget, cum ob eximium pietatis zelum, tum ob eruditionem singularem: quarum testimonia pauca fortasse, sed luculenta posteris reliquit; plura multo habituris, nisi quæ verbis docebat, agendo potius quam scribendo confirmare voluisset. Prouentus enim Ecclesiæ suæ, atque adiuncti Hospitalis ab antecessoribus amissos, impenso labore & cura apud subsellia Tribunalitia restitui procurauit. Atque vt erat pietatis amans, cuius in scriptis eximia vestigia apparent, gregem etiam suum ex ambona sæpius verbo Dei pavit Ecclesiastes egregius. In medio laborum cursu, ante diem, Ecclesiæ, pro dolor, ereptus, magnum sui posteritati reliquit desiderium, anno salutiferi partus Virginei CIO IO CXVI. Funus honorifico tumulo, in eodem curationis suæ templo, pro meritis donatum, perorante Reuerendo ac venerabili Patre Sebastiano Nucerinio S.T.D. & Concionatore in D. Stanislai Basilica Ordinario, viro vndequaue docto & eloquenti.

*Scriptis
nunc Pater
Nucerinus
librum Po-
lonicum de*

vita & Miraculis S. Teressie & Orationem de laudibus ac utilitate Moralis Theol. cum in Seminario Casus Conscientiæ prælegeret. Scriptis & alia plurima ad adificationem Catholicorum pertinentia.

IO. I A S C R O V I C I I.

*Si bene dicendi quæris præcepta docebit
Stesicius, vere Quintilianus erat.*

ANDREAS

A N D R E A S V A R G O C I V S. XCI.

Gente Roxolanus, Patria vero Præmisliensis, adolescens trium linguarum cognitionem breui affecutus est, post Philosophicis Cra-couiæ in Gymnasio publico pari felicitate perceptis, sacrarum litterarum studiis animum applicuit; & sacris initiatus, sacraque assidue tra-ctans, vndecim nobis opuscula sui laboris reliquit, translata quidem alia ex La-*Conciona-
tor excellen-
tissimus
fuit.* tinis scriptoribus in patrium sermonem, vt *Q. Curtij Historiam, Valerij Maximi. C. Sallustij, Peregrinationem Ducis Raduilli & alia*: omnia autem scholiis & notationibus ad margines egregie illustrata. Reliqua è pen-*na suo, vt Apologiam contra hereses Moderni sæculi. Librum de Cruce. Librum de vetere & Noua Roma. Librum Clenodiorum seu nobilitatis Polona armorum.* Sed hæc atque alia molientem, in iplo curriculo mors abripuit, vt aliis lam-pada tradidisse videatur.

N I C O L A I Z O R A V I I.

*Volu:re Vargoci non sat monumenta Latina est
Scripta sed & tereti vertis achiua stylo.
Scilicet est verum quod epistola missa Sacro
Mureti quondam testificata fuit.
Natis in media Italia Graio atque Latino,
Vnus de centum vix sciet ore loqui.
At contra multos Danaum Latioq; Polonos
Non minus vt proprio reddere verba sono.*

I O. I A S C R O V I C I I.

*Sauromatis lucem præfert Vargocius almam.
Dum Laebicis reddit scripta Latina modis
Aspera res fuerat tantum subiisse laborem
Tantam virtutem gloria & ampla manet.*

XCII.

*Fuit &
Stanislaus
Varseuic.
in Societa-
te IESV e-
gregius scri-
ptor, vt qui
Latinitati
donauerit
lib. X. H. sibi
Æthiopicæ
sed*

C H R I S T O P H O R V S V A R S E V I C I V S.

Qvod de M. Terentio Varrone D. Augustinus ait, hoc ego iure de Christophoro Varseuicio dixerim, plura eum scripsisse, quam vt legere quidquam vacaret; & plura vicissim legisse, quam vt scribendi otium suppeteret. Qua factam vt non domi tantum clarus & illustris esset, sed

in Poloni-
cum vero
transtulit
ex Hispanico Ludovico Gagnatensis,
Ducem pec-
catorum.

sed singulis fere Principibus Europæ optime notus, quos, partim legationis munere functus (erat enim Secretarius Regius & Canonicus Cracouiensis) partim prudentiæ acquirendæ causa peregrinatus, consulto adiit, consumpsitque totum ætatis cui sum in aulis Megistanum, ut mirum de illo videatur, quomodo tot negociis occupatus, potuerit tantam in dicendo peritiam, in scribendo laborem, in tractando argumento iudicium acquirere, cum pacatiores litteræ, turbas hominum maxime fugiant, queis ille immistus, imo immerfus, indefatigabili pæne memoria, & alter quasi Iulius Cæsar, septem linguas ita calluit, ut singulas natiuas diceres; ac in primis Latinam qua *librum Pauli Paruta Italicum cunctis ad legendum dedit. Similiter Coriola Hispani De Concilio & Senatu. Proprio vero Marte confecit Libros Rerum memorabilium, Libros de legato & legatione. De morte & immortalitate animæ. De optimo statu libertatis, itemque Mastycem libertatis, De sui ipsius cognitione. De factis & dictis Iesu. De Christi fide & Petri sede. Elogia illustrium Polonia scriptorum. Libellum Paradoxorum. De origine Polonorum. De victoria Regis Stephani. De obitu eiusdem, De morte Philippi II. Hispaniarum Regis. De morte Rudolphi I. Imp. Romani. De rebus gestis eiusdem. De obitu Anna Austriacæ Polonia Sueciæque Regina. De auita religione ad Henricum Regem Polonia. De eadem ad Venetos. Turcicas Orationes quatuordecim ad imitationem Philippicarum Cic. Historiam Turcicam. Apologiam contra Nicolaum Regium Germanum. Paraphrasim in Psalmos, quos vocant Pœnitentiales. Paraphrasim in Iubilum D. Bernardi. Historiam de ligno S. Crucis in Caluo monte tractus Sendomiriensis. Encomium Beatissimæ V. M. Conciones de Iubileo & Ecclesia. De laudibus Tarnouij Comitum, atque demum libros Parallelorum. Quæ quidem vigiliæ expeditum animi vigorem, viuidi ingenii aciem, in consiliis de magnis & dubiis rebus capiendis & expediendis solertis mentis celeritatem, antiquitatis notitiam, atque eximiam viri eloquentiam posteris loquentur: nam corpus humo mandatum, mutum sine Elogio ac titulo iacet, qui tamen lucem tam multis viris, imo toti Sarmatiæ suo stilo attulit.*

IO. SCROBOVICII.

Ex auro fieri solet ex lauroq; corona
Quarum hæc militibus Regibus illa datur
Harum vtramque tuo suspendam vertice, namque
Conuenit ista tibi, conuenit illa tibi.
Laurea te decoret, comitatum castra Mineruæ
Aurea conspicuum nobilitate virum.

IO. IAS-

IO. IASCROVICII.

*Prodis te libris numerosis, prodis & arte
Quantus es ingenio, quantus & eloquio.*

FABIANVS BIRCOVIVS.

XCIII.

Patria Leopoliensis. prosa & carmine bonus, sed modestia & pietate longe melior; quod mundi blanditiis contemptis, veram voluptatem, quæ est seruire Deo, secutus, post assumptos in Academia Crac. litterarios honores, lustratosque exterorum mores, FF. Prædicatorum religionem ingressus, & re ipsa verbi diuini prædicator effectus, aliquot annis populum in Æde SS. Trinit. Cracou. verbo veritatis pa-
uit. Postea Varsouiam relegatus, in Ecclesiastem Serenis. Principi Vladislao Inuictis. Regis Sigism. III. F. ob miram dicendi suauitatem, datus, eundemque in Moschouiam secutus, scripsit *Postillam in anni totius Dominicas & Festiuitates, binos sermones continentem, vernacule, Latine quoque Ecclesiasticarum Orationum volumen; tum alia minutiora, vt est Iosue, vt Sermo in exequiis Petri Scarga Soc. Iesu Theol. habitus, vt Gratiarum actio post reditum è bello Turcico. Laudes D. Hyacinthi laudes D. Cantij &c.* Frater vero suus Simon Bircouius Med. D. & Professor Acad. Zamoscensis, cum plurima poemata Lat. & Græca scripsit; tum Dionysium Hali- carnasseum De collocatione verborum, in Latinum conuertit.

*Baccalau-
reatus gra-
dum 1587.
Magisterij
vno 1594.*

NICOLAI ZORAVII.

*Olim Lucam habuit magni gens inclyta Lechi
Sæcula delectat quem hæc meminisse quoque:
Pœnitet at si quem non audiuisse loquentem
En Fabianus adest non minor eloquio.*

Aliud.

*Si te Dulichiam Fabiane vocauero Lotum
Non vt spero equidem nomen id esse malum.
Gustantes semel vt Loti dulcore trahuntur
Sic qui te audit, iam pendet ab ore tuo.*

Aliud

*Extat adhuc aliud quo tu superare videris,
Lotum portantem poma saporifera.*

P

Dulci

Dulci gustantes omnis hęc namque sapore
 Optata patria conficit immemores.
 Te de diuinis dum audimus verba ferentem,
 Omnes cęlestem currimus in patriam.

XCIV.

NICOLAUS DOBROCIESCIUS.

Paterno in prædio, haud procul Cracouia Regni Polonię Metropoli, nobilibus parentibus natus: in illo spectatissimo totius Sarmatię theatro Acad. Crac. Ius vtrumque & litteras politiores ita edoctus, vt nemo eius in disceptando acumen, in abstrusis & ambiguo facilitatem, in euoluendis antiquorum decretis diligentiam, in resoluen- dis controuersis solertiam, rebus in omnibus denique, summum iudicium, non sit admiratus. Eius rei argumento sunt disertę illę *Orationes ad Reges: Stephanum Bathorem, Sigismundum III. Maximilianum Austriam, & Macieiouium Cardinalem scriptę. Similiter Tractatus de Decimis scriptus* atque alia plurima studio pietatis facta. Pręcipui etenim Sarmatię nostrę Antistites, cum ob multarum rerum vsum, tum ob eximium zelum, quo collapsos mores corrigere, atque Ecclesię pristinam disciplinam reuocare studebat, eum suis cõsiliis adhibere erant soliti. Quibus animi dotibus, cum passim in aulis Principum gratiofus, tum singulis fere & omnibus, in præclaro illo Canonicorum Crac. Collegio charus, vitam plenus dierum lætissime peregit. Conditusque est in Capella Cathedralis Ecclesię D. Stanislai, quam ipse sumptu ingenti, sculptis marmoribus exornauerat, Mausoleumque sibi in ea viuis ponendum curauerat, vbi ei amici atque Collegę, eiusmodi Cenotaphium, requiem æternam precati posuere.

Ex eius disciplina fuit Iacobus Serobiosius l. V. D. Canon. & Concionator Leop. cuius Orationes plurima visuntur & Gręcę Epistole Latinaque similes.

D. O. M.

NICOLAO DOBROCIESKI DE DOBROCIESZ.

I. V. D. CRACOV. ET SANDOMIRIEN. CANONICO.

O MORS INIMICA

QVÆ PRISCAM VIRTVTEM, CLERI ET ACADEMIÆ
 IMMATVRE SVSTVLISTI (DECVS,

DEFLENT PII DISERTVM, ET GRAVEM VERBI DEI

DOLET DIOECESIS RENOVATA (PRÆCONEM,

MAGNI CARD^S RADIVILLI EPISCOPI CRAC. CANCEL-

AT VOS AMICI ET EGENI (LARIVM.

DVL-

DVLCEM AMICVM ET PATRONVM DIV COM-
EHEV MAGNVS VIR OBIIT. (PLORATE.

Die 28. Ianuarii Anno Dom. 1608. Ætatis 49.

EXECVTORES TESTAMENTI

M. PP.

STANISLAI STOSLAVII

*Doctrina & pietatis amor de te Dobrosiesci**Dum tibi vita fuit conseruere manus.**Certauit q³ tuum virtus post funus, honorem**Allatura tuis manibus vt a foret**Fit Diuas inter decretum litibus, & sic**Terra memor docti permanet, astra pij.*

SEBASTIANVS ACERNVS. XCV.

ALter vt ita dicam, Naso Sarmaticus, ita enim aptus natus ad fundendum carmen erat, vt vix non totum versu proferret, quod vel in familiari sermone effari vellet, in quo ipso tantam nihilominus energiam ac phrasim habuit, vt multorum iudicio, non recentis æui, frigidique aeris nostri, sed veterum illorum, atque ipsius Ouidii genium habuisse videretur. Honorem ipse litterarium, vbi & litteræ Sarmaticæ ipsæ in Acad. Crac. promeruerat, atque temporis successu vxorem Lublini, licet parum felici coniugio, duxerat, Consulis & Prætoris titulo auctus. Scripsit carmine Polonico *Nautam Dantiscanum seu de navigatione Polonorum Vandalo secundo illam urbem versus. Itemque Marsupium Iuda seu de vario fraudium & auaritia genere.* Versu autem Latino. *Victoriam Deorum (opus decem annorum) Roxolaniam. Zusanam.* Atque soluta scriptione *Honorem Paternum Demetrio Solicouio Archiepiscopo Leopoliens. nomine Conuentus Sיעיעחויensis, in scriptum.* Ipse vxoris prodigalitate sub senium ad summam inopiam redactus, in Xenodochio vitam lætus expirauit. Anno reparatæ salutis 1608. ætatis 57.

NICOLAI ZORAVII.

*Nasoni patria est Sulmo, Sulmircia Acerno,**Ille Poeta fuit, Naso Poeta fuit.**Exul in Euxinis est Naso mortuus oris**Vix hunc non eadem Fata secuta virum.*

P 2

Eius-

Nomine qui te cunque prior signavit Acerni
Non satis apposite, nam bene laureus es.

XCVI.

IOANNES IANVS OVIVS.

Typographus Regius & Ecclesiasticus Crac. Lazari F. in album Equestris Ordinis à Sigis. III. Rege nostro Potentis. tempore suæ inaugurationis, ob egregias animi dotes & virtutes ascriptus. Stemma & insigne ferebat (klosnik appellatum) scutum triangulare coloris rubei, in cuius medio liliū erectum album, habēs viridem culmum, infixam basi aureæ, cum galea equestri aperta, siue clatrata, coronaq; desuper aurea gemmis vndiq; coruscis, cumque laciniis seu velaminibus albi & rubei coloris vndique dependentibus, vt ab eodem illo ipso solerti manu depictum in medio priuilegio, vidimus. Is iuuenilem ætatem in studiis artium liberalium, adolescentiam vero in aula Maximiliani II, Imper. aliorumque externorum Principum consumpsit: vnde & elegantiam morum, & diuersarum linguarum notitiam, & rerum denique experientiam acquisuerat. Reliquos autem suæ adolescentiæ annos, in aulis Augusti atque Stephani Poloniæ Regum transegerat. Cumque ad residentiam in patrimonio ab hoc ultimo supplicaret, inter alia, quibus à tanto tamque prudenti Rege in abitu remuneratus fuit, etiam ligni salutiferi frustulum, symbolum sinceri in Deum cultus, atque in illum tesseram amo is accepit. Ductaque in matrimonium lectissima in vrbē Cracou. Virgine, tres ex ea filios, Christophorum, Stanislaum, atque Michaelē, suscepit. Et tandem illa breui elata, sacros de manu Cardinalis Macieiovi honores, Archidiaconiamque Sandecensem, ac Solecensis Parochi titulum acceptum, annis circiter decem & quinque gessit ac rexit. Typographiamque hæreditariam, ita sua cura atque industria exornauerat, vt cum præstantissimis etiam exterorum officinis certare auderet, Polonas vero penitus superaret omnes. Idem libros Ecclesiæ & Patriæ vtilēs, proprio sumptu, & vel solo publici boni amore, in finitos pæne recudit, necessarios, Marte proprio, nec inuita Minerua conscripsit. Quale est *Statutum Latinopolonicum*, in quo omnia Regni iura, omnes libertates, omnesque consuetudines ac leges, elegantissima methodo complexus est. Simili forma *Eiusdem supradicti statuti*, atque sui ipsius *defensionem. Iubilæum Cracouie celebratum. Orthographiam Polonicam: & idio-*

& idiomate Polonico. *Syon infirmatam. Ideam Reipub. Censorem. Rosarium B. M. V. Artem moriendi. De ieiunio atque cibis vetitis. Officia confraternitatum, S. Anna, Compassionis Christi, & Misericordiae.* In chartophilatio vero suo reliquit imprimenda *Archidiaconiam Polonice factam, Thronum Regium, Constitutiones Prouinciales, in aliam quam antea methodum redactas & auctas. Solium Davidis* (partem vltimam: nam tres partes antea sermone Latino euulgauerat) *Sion infirmatam Latine, nam antea vernacule scripserat. Praeterea Concionum Fasciculum, Correcturam Iurium. Orechouij Turcicas & Fidelem subditum Polonice translatum. Comitia Varsouiensia anni 1612. Historiam sui temporis. Caesarum Romanorum vias Polonice scriptas, tum alia minutiora pleraque, in Aede D. Margareta in Noua Sandecz inter rapsodias suas relicta. vbi & ipse conditus est Anno M DC XIII. ætatis vero suæ, 63.*

IO. IASGROVICII.

*Palma Ianuseuio victrix tribuatur ab illis
Qui mandare solent scripta aliena typo.
Propria namq; typo committit scripta perenni
Hinc typicus vere iam τοπογραφος erit.*

IACOBVS IANIDLOVIVS.

XCVII.

BOdzentini, oppido Episcopatus Crac. natus, in Philosophicis disciplinis Sebastiano Petricio præceptore vsus, peracri ingenio ad Iuris studia conuerso, arcana scientiæ tanta celeritate complexus est, vt doctoribus suis, in his Io. Foxio Archidiacono Crac. quem studiose diligenterque audiuit, admirationi esset, præsertim cum interioribus litteris tinctus esset non leuiter. Quibus quidem præfidiis ornatus, ad publicam Iurisprudentiæ professionem summa cum laude accessit, & Doctoris insignibus Romæ, quo se ad exploranda clarorum virorum ingenia contulerat, decoratus est. Et Craconiæ deinde reuersus, post solennes aliquot in publico concertationes, apud Macieoniam Cardinalem, Petrum Tylicium, & Martinum Szyskouium, succedentes sibi Episcopos Craconienses, ob ingenii doctrinæque præstantiam, non minus gratia, quam & præceptores sui, valuit. Rebusque tractandis admotus scripsit *Processum Iudicarium* ad praxim fori spiritualis in Regno Poloniæ necessarium; tum &

*Magisterij
gradum
anno 1594.
obtinet.*

P 3 alium

alium libellum *De cura pastorali* confectum, qui lucem nondum aspexit; mors enim interueniens limam omnem abruptit. Editio itaque posthumo Magni illius Socolouii, *De ratione studij*, facta, sub initium anni 1620. vita decessit; conditusque in summa Æde D. Stanislai in arce. Eius obitum non nemo è schola Grammatices huiusmodi versu exornauit.

*Patria Bozantina mihi, decus Itala terra,
Cracia mors: rexi Iura, Lycea, Sophos.
Octo lustra, noui m ætates dum viuere pergo,
Dissecuit vitam Clotho maligna meam.
Hoc situs in tumulo patriæ defunctus, amorem,
Sceptra Academiæ, reddo, Deoque animam.*

XCVIII.

P E T R V S S C A R G A.

Sub Decano Artisticae facultatis Felice Siaprio.
ARtibus & moribus optimis in Acad. Cracou. institutus, Philosophicaque laurea anno ætatis suæ, 19. ornatus, mox se in aulam Io. Tarlonis Archiepiscopi Leopoliens. contulit, & ab illo Præpositi Rohatinensis titulo auctus, pastor aliquot annos, compluribus innocentia pietatisque editis exemplis, illi Ecclesiæ præfuit; atque breui post Collegio Canonorum Leopoliensium, simul cum munere Concionatoris Ordinarii adscriptus, perpetuum vitæ tenorem, ab omni vitiorum contagione vacuum atque integrum seruauit. Sed non hic sistendum ratus, totum se diuino cultui mancipans, in numerum Societatis Iesu Patrum recipi curauit, exactoque in studio Theologico in Italia biennio, feliciter in patriam cum aliis Societatis Patribus reuersus est. Et primum Cardinali Radiuillo, postea Regi Stephano, Ecclesiæ sanctus officio, adhæsit, ac multos ex Liuonibus, Lithuanis atque Roxolanis à Schismate & Hæresi, velut postliminio ad Romanam Ecclesiam reuocauit: multa suæ societatis Collegia à pietissimo Rege, Regniq; Dynastis excitari procurauit: multos è Proceribus & Nobilitate Machiauellistica fraude imbutos, ad veram morum regulam, rectamque & Christianam Politiam, suis disertis Concionibus reduxit: multaque demum volumina, tam Romano sermone (vt sunt *De sacramento Eucharistia libri tres & de Calvinistarum imposturis articuli XII.*) quam etiam natio, in vsum publicum & Ecclesiæ propugnationem crudite admodum conscripsit. Hoc est *Baronij Annales summatim in vnum*

Roma An. 1569.

vnun volumen collegit. *Vitas Sanctorum, per annum, adhibita passim SS. Patrum doctrina. Sermones de tempore, De sanctis, De Ecclesia Catholica ritibus, ceremonisque solemnioribus, & Sacramentis. Item libros Bibliorum Notis ad margines appositis. Contra Schisma Græcorum & Roxolanorum. De quatuor Nouissimis, De militari deuotione, Septem Columnas. De monte Pietatis, De confraternitate Misericordie. De vniuersitate Ecclesie. Apologiam contra Theophilum Orthologum. Sermones Comitiales. In victorias Ducum exercitus Regni Poloniae, inque obitus variorum Dynastiarum. Quos omnes tractatus, cum patria lingua scripsisset, quæ sitis à quopiam, cur non Romana quoque hæc talia ciuitate donasset, cum satis superque facundus esset (eam enim sibi eloquentiam quotannis Ciceronem, Ecclesieque Latinos Patres assidue legendo comparauerat, vt sæculi sui Sarmaticus Chrysologus audiret) respondit, vt linguam Polonicam eo magis locupletaret, cum iam Latina sit per se satis abundans, & ab aliis peritioribus, post neglectam, instaurata. Et quamuis passim Orichonius, Cicero Polonicus audiat, & Demosthenes Latinus, plus tamen ille mihi stilo Latino, quam natio valuisse semper visus est; in hoc autem Petrum Scargam in tantum excelluisse, vt merito eum cum Fabiano Bircouio, Ordinis Prædicatorum Oratore Polonico præstantissimo, Io. Chrysologum appellem. Reuera enim talem sese tota vita præbuit, maxime, cum apud Serenif. Regem Sigism. III. annis plus quam viginti Concionatoris officio fungeretur, & discordantes inter sese Principes conciliaret: auaros & tenaces ad largiendam in opibus, & excitandum Confraternitates S. Lazari, ac Misericordie, in quibusuis Poloniae præcipuis ciuitatibus, incitaret: diuinitus reuelationibus ipse multoties consolatus, quo impositos sibi à superioribus labores fortius sustinere posset, pieque & irreprehensibiliter viuendo, non sine magna sanctitatis opinione obierit: senex quidem, & ætate adfecta, qui tamen propter excellentem doctrinam atque virtutem, videbatur omnino mori non debuisse. Anno ætatis suæ 76. à Christo vero incarnato 1612. Conditusque Cracouia in noua Beatorum Apostolorum Petri & Pauli Basilica: laudante pro funere Reuerendo P. Fabiano Bircouio.*

IO. SCROBOVICII.

Non ego credo Petra cretum te simplice Petre,
Instaurante hominum Deucalionæ genus.

Sed

*Sed sua prestantes certatim quique lapilli,
 Immisere tuis lumina pectoribus.
 Cor constans Adamas, niueam mentemq³, Pyropus
 Calcophonos blandum contulit eloquium.
 Hinc nostro tantum præ aliis celebraberis orbe
 Quanto præstat atro gemma magis silice.*

MICHAELIS GRODZICKI.

*Excipit aure libens Scargam Respublica quando
 Officium peragit nominis ille sui.
 Christus adest iudex, accusat Scarga, tribunal
 Aedes sacra, gemit terra Polona reus.
 Post accusatam vultum induit ipse Patroni,
 Decretumq³ ferant crimina mite rogat.
 Sarmata quid metuis tanto sub iudice causa
 Scarga accusator, Scarga patronus adest.*

Aliud.

*Fulminat in Lechicis Petrus pater optimus oris
 Vt solet exceptum reddere petra sonum.
 Diuinos dat Scarga sonos, mandata Tonantis
 Sacra Petro vox est, sacraq³ petra Petrus*

STANISLAI STOSLAVII.

*Ignea doctiloqui cui vox incognita Scarga est,
 Quæ post fata manent per lege scripta scies.
 Illius è libris surgunt incendia lectis
 Vt micat occulto mota fauilla foco.*

XCIX.

SIMON SIMONIDES.

Magni Io. Samoscii Secretarius. Leopoli in Russia natus, puer do-
 mi, adolescens in Acad. Crac. melioribus artibus imbutus, pri-
 maque Philosophica laurea, vna cum Nicolao Dobrociescio, sub De-
 cano Anzelmo Bodzentinio, ornatus, breui in Italiam, quæ felicissi-
 ma omnia ingenia includit, profectus, bibit è sacris illis pectoribus
 Clauui, Vitellescii, Moreti, Molinæ aliorumque hianti ore abditæ do-
 ctrinæ fontes adeo, vt in patriam reuersus, paucos sibi æquales habe-
 ret, neminem autem, qui maiores illo latentium litterarum gazas in
 pectore

pectore gestaret. Quas ubi primo obtutu Magnus ille Heros in eo reconditas pernouit, statim virum sic adamauit, vt nusquam eum postea à se dimiserit; sed ornatum beneficiis etiam in aula Principis ita promoueret, vt & baltheo equestri, cum aliis virtute illustribus viris, ob egregias animi dotes, ornandum curarit, atque paulo post lauru Poetica à Clemente VIII. Pont. Max. quod solus fere, Magni Lipsii iudicio, sua ætate poetastros, vsque ad inuidiam veteris sæculi, eruditione superarit; idque non in phrasi tantum, aut numeris poeticeis, in quibus eum Catullo similem facit, verum etiam in omnis generis scientiarum cognitione. Cuius rei fidem faciunt scripta, varia de re, varioque carminum genere à se conscripta. Ac primum *Nenia in obitum Iacobi Gorscÿ & Stanislai Socolouij Carmen in imagines Samosciana digita, Herculem Prodicum. Octonarios in D. Stanislai laudes. Flagellum Liuoris. Castum Iosephum, Ioelem, Pantezileam. Odas in victoriam, Nuptias, atque Obitum Samoscÿ. Inque victoriam Thomæ Samoscÿ Ioannis F. Polonico vero carmine Eclogas XIV. Scripsit & Epigrammata varia, tam Latina quam Polonica, tum Epistolas quoque familiares, Sed quæ omnia nondum sunt vno volumine comprehensa.*

I O. S C R O B C O V I C I I.

*Grande virum pectus, quicquid molitur acuti
Latius aut quicquid Musa leporis habet.
Id fecunda ferunt monumenta Simonidis omne
Fontes & cytharas vir tenet iste Deum.*

A B R A H A M V S B Z O V I V S.

C.

Sacrum hoc, sapientiæ Mystrarum, agmen claudat Abrahamus Bzovius, Dominicanæ familiæ Doctor Theologus; si non maiore, at pari certe doctrinæ gloria exæquans, cuius scripta, tam sublimi scriptionis genere scripta, per vniuersum fere Christianum orbem sparsa, quantæ sit vir eruditionis & ingenii manifeste declarant. Vt enim hic omittam *Preces deuotas, pie ab eo collectas, & in pulcherrimum ordinem digestas. Panegyricos similiter, cum Diuæ Czestochouiensis miraculorum elucidatione de B. V. conscriptos: itemque alios Florida Mariana appellatos. Similiter Monile Gemmeum Flores aureos. Thesaurum laudum sanctis Deipara, aliosue de sanctis & de tempore sermones à se concinnatos Sacrumque Pancarpium intitulatos (Scripsit & Quadragesimales Conciones, Rosarium Polonice, & super Salue Regina Orationes XL.) Solus fere Pontifex Romanus, quem sane non absque in-*

genti

genti labore & industria conscripsit, & Hypomnematum lib. 16. Satis superque testantur, quantum ingenio, quantumque eloquio & suada vir hic inter ceteros polleat. Annalesque Baronii Card. magna eruditio-
ne, maiore fide, maximoque omnium commodo, licet non in toto ad-
huc continuati (dicant quicquid volunt Cauuletius & Heruartus, ne-
gare tamen non poterunt, & hunc virum habere genium æternitatis)
palam ostendunt, quid in eo fera posteritas mirari & approbare debe-
at. Ego parco in laudes ipsius, quia vt dicitur, vino vendibili suspen-
sa hædera non est opus, solum modo carmen coronidis loco addo.

NICOLAI ZORAVII.

Cypridis imperfecte membra reliquit Apelles

Hac sed nullus qui continuaret erat.

Imperfecta Baronius & sua scripta reliquit,

Hac qui continuat Bzouius auctor adest.

Ergo pictorum princeps perit artis Apelles,

Illius cum non viuere posset opus.

Viuunt ast per te dignissima scripta Baronii,

Ordinis ô Bzouski gloria magna tui.

Regi sæculorum immortalis.

Soli Deo inuisibili.

HONOR ET GLORIA.

CATA



C A T A L O G V S
Illustrium Poloniae Scriptorum.

A

- p. 131, 1 **A**brahamus Bzouius Historiographus.
 p. 93, 2 **A**damus Bursius Orator.
 3 **A**damus Suiniarski Mathematicus.
 p. 120, 4 **A**damus Romerius Rhetor.
 5 **A**lbertus Oczko Medicus.
 6 **A**lbertus Strumienski Grammaticus.
 p. 51, 7 **A**lbertus Nouicampianus Theologus.
 8 **A**lbertus Nouicampianus Medicus.
 p. 55, 9 **A**lbertus de Brudzeuo Mathematicus.
 p. 68, 10 **A**lbertus Scebresinensis Poeta.
 p. 101, 11 **A**lexander Guagninus Historicus.
 p. 10, 12 **A**ndreas Cricius Poeta.
 p. 28, 13 **A**ndreas Lipski Iurisconsultus.
 14 **A**ndreas Bochnensis Theologus.
 p. 27, 15 **A**ndreas Patricius Orator.
 p. 56, 16 **A**ndreas Gostinius Orator.
 p. 117, 17 **A**ndreas Schoneus Orator.
 p. 121, 18 **A**ndreas Vargocius Historicus.
 p. 82, 19 **A**ndreas Triccius Poeta.
 20 **A**ndreas Cochanoius Poeta.
 p. 81, 21 **A**ndreas Modreuius Politicus.
 p. 50, 22 **A**ntonius Anapachanie Theologus.

B

- p. 119, 23 **B**artholomaeus Paprocus Historicus.
 24 **B**asilius Golinius Orator.
 25 **B**artholomaeus Premisliensis Theologus.
 26 **B**enedictus à Cosmin Theologus.
 p. 72, 27 **B**enedictus Herbestus Orator.
 p. 56, 28 **B**ernardus Vapouius Historicus.
 p. 96, 29 **B**ernardus Paxillus Theologus.

C

- 30 **C**yprianus Louicensis Medicus.
 31 **C**lemens Ioannicius Poeta. p. 49.

D

- 32 **D**avid Hilchenius Politicus. p. 75.
 33 **D**emetrius Solicoius Poeta. p. 15.

F

- 34 **F**abianus Bircouius Orator. p. 123.
 35 **F**elix Herbortius Orator. p. 43.
 36 **F**ranciscus Scorina Theologus.
 37 **F**ridericus Bariscius Theologus.

G

- 38 **G**asparus Cichocius Theologus. p. 99.
 39 **G**abriel Ioannicius Medicus.
 40 **G**elasinus Leopoliensis Philosophus.
 41 **G**eorgius Tyskieuicius Theologus.
 42 **G**regorius Czaradzki Iurisconsultus.
 43 **G**regorius Samboritanus Poeta.
 44 **G**regorius Samotulius Iurisconsultus.

H. & CH.

- 45 **H**ieronimus Pouodouius Theologus. p. 37.
 64 **H** Christophorus Concki Poeta.
 47 **H** Christophorus Varsueuicius Orator. p. 121.

I

- 48 **I**acobus Gostinius Theologus.
 49 **I**acobus Vchanicius Theologus.
 50 **I**acobus Scrobisouius Orator.
 51 **I**acobus Polonus Theologus. p. 60.
 52 **I**acobus Cobilinius Mathematicus.
 53 **I**acobus Prilusius Iurisconsultus. p. 80.
 54 **I**acobus Slupecius Poeta.
 55 **I**acobus Vuiecius Theologus. p. 89.
 56 **I**acobus Vagrouicius Theologus.

Q 2 57 Iaco-

per-
a vir
itio-
ad-
ne-
atis)
ebe-
ensa

A-

C A T O L O G V S.

- p. 127 " 57 Iacobus Ianidlouius Iuriconsultus.
 p. 36 " 58 Iacobus Goyseius Orator.
 59 Ioannes Petrius Orator.
 p. 100 " 60 Ioachimus Bielscius Historicus.
 p. 33 " 61 Ioannes Cantius Theologus.
 62 Ioannis Tarnouius Historicus.
 63 Ioannes Saracenus Theologus.
 64 Ioannes Tucholiensis Iuriconsultus.
 65 Ioannes Vuiecius Medicus.
 p. 68 " 66 Ioannes Vielicius Theologus.
 67 Ioannes Rybcouicius Orator.
 p. 47 " 68 Ioannes Leopoliensis Theologus.
 p. 59 " 69 Ioannes Glogouiensis Philosophus.
 70 Ioannes Arundinensis Theologus.
 p. 53 " 71 Ioannes Stobnicensis Philosophus.
 72 Ioannes Stobnicensis Medicus.
 p. 9 " 73 Ioannes Lascius Iuriconsultus.
 74 Ioannes Lascius Historicus.
 p. 93 " 75 Ioannes Visinus Medicus.
 76 Ioannes Crasinius Historicus.
 p. 39 " 77 Ioannes Samoscius Polihistor.
 p. 98 " 78 Ioannes Clobucius Orator.
 p. 42 " 79 Ioannes Herbortus Iuriconsultus.
 p. 30 " 80 Ioannes Dlugossus Historicus.
 p. 44 " 81 Ioannes Cochanouius Poeta.
 82 Ioannes Cadlubcus Historicus.
 p. 85 " 83 Ioannes Latos Mathematicus.
 84 Ioannes Brocius Mathematicus.
 p. 87 " 85 Ioannes Maczinius Grammaticus.
 p. 58 " 86 Ioannes Honterus Grammaticus.
 p. 126 " 87 Ioannes Ianusouius Iuriconsultus.
 88 Ioannes Dantiscus Poeta.
 89 Ioannes Lubranscius Iuriconsultus.
 p. 98 " 90 Iosephus Sthrutius Medicus.
- L
- 91 **L** Laurentius Siradiensis Rhetor.
 p. 22 " 92 **L** Laurentius Goslicius Politicus.
 93 Laurentius Ceruinus Rhetor.

- 94 Laurentius Smiescouicius Poeta.
 95 Leonardus Gorecius Historicus.
 96 Lucas Gornicius Rhetor. . . . " p. 41.
- M
- 97 **M** Martinus Neruicius Theologus. " p. 74.
 98 **M** Martinus de Ilkusz Mathematicus. " 48 p.
 99 Martinus Bielscius Historicus.
 100 Martinus Smiglecius Theologus. " p. 90.
 101 Martinus Viasdowius Theologus. " p. 63.
 102 Martinus Polonus Summist. . . " p. 29.
 103 Martinus Cromerus Historicus. " p. 24.
 104 Martinus Laterna Theologus.
 105 Martinus Bronieuius Cosmographus. p. 64.
 106 Martinus Leopolda Musicus. " p. 76.
 107 Martinus Pilsnensis Theologus. p. 77.
 108 Martinus Bialobrescus Theologus. " p. 26.
 109 Mattheus Samotulius Mathematicus.
 110 Mattheus Piscoreuius Orator. . . " p. 47.
 111 Mattheus à Costen Theologus.
 112 Matthias Smogulecius Iuriconsultus.
 113 Matthias de Michovv Historicus. " p. 61.
 114 Matthias Strycouius Poeta. . . " p. 52.
 115 Matthias Sijinius Poeta.
 116 Melchior Pualouius Politicus.
 117 Michael Vratislauenensis Philosophus. p. 53.
- N
- 118 **N**icolaus Bodzentinius Poeta.
 119 **N**icolaus de Blonie Theologus. " p. 60.
 120 Nicolaus Cochanouius Poeta.
 121 Nicolaus Copernicus Mathematicus. p. 88.
 122 Nicolaus Polonus Summist.
 123 Nicolaus Moscicnsis Summist. " p. 101.
 124 Nicolaus Iaskierus Iuriconsultus.
 125 Nicolaus Dobrociescius Orator. " p. 124.
 126 Nicolaus Vilkouicius Theologus.
- P
- 127 **P**aulus Scerbicius Iuriconsultus.
 128 **P**aulus Stempouius Politicus. " p. 65.
 Paulus

C A T O L O C V S.

- p. 103. 129 Paulus Palczouius Polihistor.
- 130 Paulus Piafecius Theologus.
- 131 Petrus Cochanoius Poeta.
- p. 21. 132 Petrus Volscius Orator.
- p. 91. 133 Petrus Lilia Orator.
- p. 94. 134 Petrus Posnaniensis Medicus.
- 135 Petrus Posnaniensis Theologus.
- p. 128. 136 Petrus Scarga Theologus.
- p. 17. 137 Petrus Tomicius Iuriconsultus.

S

- 138 S e b a s t i a n u s S l e s c o u i u s M e d i c u s .
- 139 S e b a s t i a n u s F e l s t i n e n s i s M u s i c u s .
- p. 125. 140 S e b a s t i a n u s A c e r n u s P o e t a .
- 141 S e b a s t i a n u s F o x i u s P h i l o s o p h u s .
- 142 S e b a s t i a n u s P e t r i c i u s M e d i c u s .
- 143 S e b a s t i a n u s N u c e r i n u s T h e o l o g u s .
- p. 105. 144 S e u e r i n u s L u b o m l i u s T h e o l o g u s .
- 145 S i x t u s L e o p o l i e n s i s M e d i c u s .
- 146 S i m o n S i r e n i u s M e d i c u s .
- p. 54. 147 S i m o n M a r i c i u s O r a t o r .
- 148 S i m o n H a l i c i u s O r a t o r .
- p. 130. 149 S i m o n S i m o n i d e s P o e t a .
- 150 S i m o n d e L o u i c z M e d i c u s .
- p. 7. 151 S t a n i s l a u s H o f i u s T h e o l o g u s .
- 152 S t a n i s l a u s S a u a d c i u s M a t h e m a t i c u s .
- p. 102. 153 S t a n i s l a u s K r z y s t a n o u i c i u s I u r i c o n s u l .

- 154 S t a n i s l a u s O r e c h o u i u s O r a t o r . p. 78.
- 155 S t a n i s l a u s S o c o l o u i u s T h e o l o g u s . p. 83.
- 156 S t a n i s l a u s V a r s e u i c i u s H i s t o r i c u s .
- 157 S t a n i s l a u s R e s c i u s O r a t o r . p. 32.
- 158 S t a n i s l a u s G r o d e c i u s T h e o l o g u s . p. 95.
- 159 S t a n i s l a u s G r o c h o u i u s P o e t a . p. 96.
- 160 S t a n i s l a u s S a r n i c i u s H i s t o r i c u s . p. 65.
- 161 S t a n i s l a u s G r e m p s i u s O r a t o r . p. 84.
- 162 S t a n i s l a u s I l o u i u s O r a t o r . p. 58.
- 163 S t a n i s l a u s K a r n k o u i u s O r a t o r . p. 12.
- 164 S t e p h a n u s M i c a n u s P h i l o s o p h u s .

T

- 165 T h e o d o r u s S a u a d c i u s I u r i c o n s u l t u s . 116.
- 166 T h o m a s P o s n a n i e n s i s P h i l o s o p h u s .
- 167 T h o m a s T r e t e r u s H i s t o r i c u s . p. 70.
- 168 T h o m a s D r e s n e r u s I u r i c o n s u l t u s . p. 69.
- 169 T i d e m a n n u s G i s i u s P o e t a .

V

- 170 V a l e n t i n u s K u c b o r s c i u s T h e o l o g u s . p. 62.
- 171 V a l e n t i n u s P o s n a n i e n s i s T h e o l o g u s .
- 172 V a l e n t i n u s V i d a u i u s T h e o l o g u s . p. 86.
- 173 V e n c e s l a u s G r o d e c i u s G e o m e t r a .
- 174 V e n c e s l a u s S a m o t u l i u s M u s i c u s . p. 66.

Z

- 175 Z a c h a r i a s B a r t h y M e d i c u s .


F I N I S.

41.
74.
48p
90.
63.
29.
24.
64.
76.
77.
26.
47.
61.
52.
53.
60.
88.
101.
124.
65.
ulus











Tn 7217

ULB Halle 3
004 772 92X




V D 17

ms







KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000
Kodak LICENSED PRODUCT
 3/Color White Magenta Red Yellow Green Cyan Blue

